



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

[Rationes Decem, Qvibus Fretvs Certamen Academicis Angliæ obtulit in
caussa fidei.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69519)



RATIONES DECEM,
 QVIBVS FRETVS CERTAMEN
 Academicis Angliæ ob-
 tulit in caussa
 fidei.

EDMUNDVS CAMPIANVS,
 Doctissimis Academicis Oxonij
 florentibus & Cantabrigiæ,
 S. P. D.

Annopræterito, cum ex instituto vitæ meæ, iussus in
 hanc Insulam remeâssem (clarissimi viri) offendi sanè
 fluctus haud paulò seuiores in Anglicano littore, quam
 quos in Oceano Britannico recens à tergo reliqueram. Mox
 interiorem in Angliam ubi penetrâssem, nihil vidi familia-
 rius, quàm inusitata supplicia: nihil certius, quam incerta pe-
 ricula. Collegi me ut potui, memor causæ, memor temporum.
 Ac ne prius fortè corripere, quàm auditus à quopiam fuif-
 sem, scripto protinus mandavi consilium meum quò venissem,
 quid quererem, quod bellum: & quibus, indicare cogitarem.
 Autographon apud me habui, ut mecum, si caperet capere-
 tur: exemplum eius apud amicum deposui, quod, me quidem
 nesciente, pluribus communicatum est. Aduersarij publica-
 tam schedulam atrociter acceperunt, cum cætera, tum illud
 inuidiosissime criminantes, quòd vnus omnibus in hoc reli-
 gionis

gionis negotio certamen obtuliffem. Quanquam folus in alicui non eram futurus, fi fide publicâ difputâffem. Refponderat postulatis meis, Hanmerus & Charcus Quid tandem? Oportet se omnia. Nullum enim refponfum præter vnum honefte dabit, quod nunquam dabit: Conditiones amplectimur. Regina fpondent, aduola. Interea clamant ifti. Sodales tuum, feditiones tuas, arrogantiam tuam, proditorem fine dubio, proditorem. Ridiculè. Operam & oleum & famam libet mines non infipientiffimi cur profundunt? Verùm his dabitur (quorum prior, animi caufa meam chartam delegit, quæ incurreret: alter malitiofus totam rem conuoluit) præter nuper eft libellus admodum luculentus, qui quantum oportuit, tantum & de Societate noftra, & de horum iniurijs, & de prouincia, quam fuflineamus, edifferit. Mihi fupererat, quoniam vt video, tormenta non fcholas parant antiffites) rationem facti mei vobis vt probarem: capita rerum quæ mihi tantum fidentie pepererunt, quafi digito fontes oftenderem. Vos etiam hortarer, quorum intereft præter ceteros, inuoluitis in hanc curam, quam à vobis Chriftus, Ecclefia, Republika, & vetera falus exigunt. Ego, fi fretus ingenio, litteris, arte, lectione, memoriâ, peritiffimum quemque aduerfarium prouocauiffi fui vaniffimus & fuperbiffimus, qui neque me, neque illos infpexerim: Sin caufam intuitus, exiffimauiffi fati me valentem effe qui docerem hunc folem meridie lucere, debetis mihi feruorem iftum concedere, quem honor IESV CHRISTI REGIS mei, & inuicta veritas imperarunt. Scitis, M. Tullium in Quintiana, cum ei Roscius victoriam adpromitteret, fi efficeret argumentis, feptingenta millia paffuum non effe decurfa biduo, non modò nihil veritum articulos & neruos Hortenfij, fed ne grandiores quidem Hortenfio Philippo, & Cottas, & Antonios, & Cralfos, quibus maximam dicendi gloriam tribuebat, metuere potuiffi. Eft enim quedam veritas tam illuftris & perfpicua, vt eam nulla verborum verumve præftigie poffint obruere. Porro liquidius eft quod agimus, quam illa fuit hypothefis Rosciana. Nam fi hoc præffitero, cælos effe, diuos effe, fidem effe, Chriftum effe, caufam obiprosi.

obtinui. Hic ego non sim animosus? Equidem occidi possum,
superari non possum. Ijs enim doctoribus insisto, quos ille Spi-
ritus erudijt, qui nec fallitur, nec vincitur. Quæso à vobis,
ut salui esse velitis. A quibus hoc impetraro, reliqua minimè
dubitanter expecto. Date modò vos huic sollicitudini, Chri-
stum obtestamini, industriam adiungite, profectò sentietis id,
quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solidè fun-
datos, quieto magnoque animo hanc arenam expetere
oportere. Brevior hinc sum, quòd reliquo
sermone vos alloquor.

Valete.

¶ (:) ¶

Ego

E Go Illustrissimi & Reuerendiff. Cardinalis
 demontani Episcopi & Comitis Tullenis, Sacrae
 Romani Imperij Principis in spiritualibus, &
 temporalibus Vicarius generalis permitto vt cu
 ac, typis mandetur quidam libellus, cui titulus
*Rationes Decem, quibus fretus certamen aduersarijs ob
 in causa Fidei Edmundus Campianus e Societate I E
 Presbyter, allegata ad clarissimos viros nostrates Academi
 eos. Norumque facio, me nil in illo comperisse, quod
 religioni Christianae Catholicae, Apostolicae & Ro
 manae aduersetur: quin etiam Authorem Christiano
 zelo, pietate, ac claritate nitentem iudicio. In cuius
 rei testimonium has literas manus meae propriae
 subscriptione obfignauit. Tullae; die 30. Octo
 bris 1581.*

Ita signatum.

F. DE ROSIERES, praefatus
 Illustriss. Reuerendiss.
 Cardinalis Vicarius
 generalis.

RATIONES OBLATI CERTAMINIS REDDITAE ACADEMICIS Angliæ.

PRIMA RATIO.

Cum multa sunt, quæ aduersariorum diffidentiam in causa loquuntur: tum nihil æquè atq; sanctorum Maiestas Bibliorum fœdissimè violata. Etenim qui, postea quàm reliquorum testium voces & suffragia contempserunt, eo sunt reducti nihilo seciùs ut stare nequeant, nisi diuinis ipsis codicibus vim, & manus intulerint: Ij se profectò declarant extrema fortuna conflagere, & rebus iam desperatis, ac perditis experiri durissima velle, atque vltima. Manichæis quid causæ fuit, ut Euangelium Matthæi & Acta refrigerent Apostolica a? Desperatio. His enim voluminibus cruciabantur, ut qui Christum negauerat prognatum de Virgine a, & qui Spiritum Christianis tum primò calitus illapsum finxerant, quàm ipsorum Paraclerus, Perfa nequissimus, erupisset. Quid Ebionijs, ut omnes Pauli repudiarent epistolab? Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquata circumcisio est, quam isti reuocauerant. Quid Luthero c, ut epistolam Iacobi contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitiosus apostata nominaret, & indignam spiritu censeret Aposto-

licoſ

I.
Sacre
literæ,

a. Aug.
lib. 28.
contr.
Faust. c.
2. & de
util. cre.
ca. 3.
a. Matt.
1. v. 23.
b. Iren.
l. 1. ca. 26.
c. Luthe-
rus in no-
uo testa-
mento

Germani- lico? Desperatio. Hoc enim scripto confessus mi
 coPræf. iu atque diruptus est a, cū in sola fide iustitiam con
 epist. Ia. tueret. Quid Lutheri catulis, vt Tobiam, Ecclesi
 vide etiā cum, Machabæos & horum odio complures alii
 li. de capt. eadem calumnia comprehensos, è sincero Canone
 Baby. c. de pentè dispungerent? Desperatio. His enim Ora
 ext. vnct. disertissimè coarguuntur, quoties de Angelorum
 & Cent. patrocinio, quoties de arbitrij d libertete, quoties
 Mag. 2. fidelibus e vitâ defunctis, quoties de diuino
 pa. 8. hominum intercessione disputant. Itanè verè
 a Iac. 2. tum peruersitatis, tantum audaciæ? Cū
 v. 14. & fiam, Concilia, Cathedras, Patrès Martyres, Im
 seq. Populos, Leges, Academias, Historias, omni
 b Bibl. tustatis & sanctitatis vestigia conculcassent, sicut
 Gene. Dei verbo tantum, controuersias velle dirimerent
 c Tob. clamassent, illud verbum, quod restiterat, quod
 12. v. 12. è toto corpore tam multis, tam bonis, tam
 d Eccle. sis partibus, delumbasse? Septem enim
 siast. 15. veteri Testamento codices, vt minuta dissimulata
 v. 17. 18. Calviniani præciderunt a: Lutherani vero
 e 2. Epistolam Iacobi, & huius inuidiâ, quinque
 Mach. 12. de quibus aliquando fuerat & alicubi controuersia
 v. 46. sum b. His quoque libellum, Hesteris, & tria
 f 2. Mach. nè capita Danielis annumerant nouissimi Genes
 15. v. 12. ses c, quæ quidem Anabaptistæ istorum condicio
 14. li iam pridem damnauerant, atque deriserant. Quod
 a Ij sunt id modestus Augustinus a, qui sacrosanctum cano
 Baruch. gum pertexens, non sibi, neque Alphabetum Hebr
 Tobias, cum, vt Iudæi, neque priuatum spiritum, vt Secta
 Iudith. pro regula posuit: sed illum Spiritum quo tota
 Sapientia, corpus Ecclesiæ Christus animat, quæ quidem
 Eccl. duo clesia custos huius depositi, non magistra, (quod
 Machab. hæretici cauillantur) thesaurum hunc vniuersum
 b Ex nouo quem Tridentina synodus b est amplexa, vetustissim
 Test. ij mis. olim Concilijs c publicitus vendicauit. Idem Au
 sunt. Epi. gustinus d de vna Scripturarum particula speciatim

differens, inducere in animum non potest, librum Sa-
 pientiae, qui iam tum, Ecclesiae calculo, temporum
 serie, priscorum testimonio, instinctione fidelium,
 vt firmus & Canonicus robur obtinuerat, cuius-
 quam temeritate, vel susurro extrudi extra canonem
 oportere. Quid ille nunc diceret, si viueret in ter-
 ris, Lutheros Caluinofque concerneret opifices Bi-
 bliorum, qui suam limam politulam & elegantulam vetus
 nouumque Testamentum raserint, neque Sapien-
 tiam tantum, sed & alia permulta de Canonicorum
 librorum ordine segregauerint: vt quicquid ex ho-
 rum officina non prodierit, illud ab omnibus, phrene-
 tico decreto, tanquam incultum & horridum con-
 spuat? Ad hoc tam dirum & execrabile perfugium
 qui descenderint, ij certè, licet in ore suorum assecla-
 tum volitent Sacerdotalia nundinentur, declamitent
 in concione ferrum in Catholicos, equuleum crucem
 que consciscant, tamen victi, abiecti, squalidi, prostra-
 ti sunt, quandoquidem arrepta virgula censoria, ve-
 lut arbitri sedentes honorarij, diuinas ipsas tabulas,
 si quae ad stomachum non fecissent, obliterant. Ec-
 quis est, vel mediocriter institutus, qui talium cunicu-
 los hostium reformides: qui hostes, quam primum in
 corona vestra, eruditorum hominum, ad eiusmo-
 di veteratorias artes, tanquam ad familiarem da-
 monem current, non aurium conuitio, sed stre-
 pitu pedum exciperentur. Quererem ab illis, ver-
 bi gratia, quo iure corpus Biblicum detruncant
 atque diripiant. Respondent, non se veras Seri-
 pturas excindere, sed excernere supposititias.
 Quo iudice, Spiritu sancto. Hoc enim respon-
 sum à Caluino a praescribitur, vt Ecclesiae iudicium,
 quo spiritus examinantur, subterfugiat. Cur igi-
 tur alias, alijs lancinatis, cum omnes eodem spiritu
 gloriemini? Caluinianorum spiritus recipit sex
 epistolas, quae spiritui non placent Lutherano: 4. & Sa-
 freti

Iacobi.

epist. ad

ep. Iudae.

epist. 2.

Pet. ep. 2.

3. Io.

Ita censeat

Lut. in

praef. cita-

ta. Mag.

sent. 1. l. 2.

c. 4. Kem.

in exam.

Coc. Trid.

sess. 4.

c. Bib.

Geneu.

a S. Aug.

De doct.

Chr. l. 2.

cap. 8.

b. Cont.

Tri. sess. 4.

c. Vide

Melc. Ca.

li. 2. de lo.

Theol. c.

9. 20. 11.

d. Aug.

de Prae.

Sanct.

cap. 14.

a. Caluin.

Inst. li. 1.

c. 7. nu.

4. & Sa-

freti

Sen. li 8. freti tamen vterque sancto spiritu Anabaptistae, hinc
 Heresi 10 riam Iobi famulam a appellant, tragicis & comicis
 b Seb. Ca gibus intermixtam. Qui sciunt? spiritu docente b. C
 stal. praef. itatio, mysticum illud Salomonis Canticum, quod
 in Ca. Vi paradysum animæ, vt manna reconditum, vt opus
 de Bezam in Christo delicias Catholici admirantur, nihil opus
 in sua ris, quàm cantilenam de amicula, & cum pediculus
 praefat. aulae colloquium amatorium, venerus furcifer, vt
 ante com- mauit. Vnde haufit? à spiritu. In Apocalypsi Iohannis
 ment. Cal. cuius omnes apices excelsum aliquid & magnificum
 uini in sonare confirmat Hieronymus a, tamen Lutherus d
 Iosue. Brentius & Kemnitius c quidam, nescio quid, d
 a Sanct. les Aristarchi desiderant, ed scilicet propendunt
 Hier. ep. exauctoretur: quem percontati? Spiritum. Quod
 ad Pau. Euangelia feruore praepostero Lutherus d
 b Luthe- committi, & prioribus tribus epistolas Pauli
 rus praef. praeferebat, vnicum deinceps Euangelium
 in Apost. pulchrum, verum, praecipuum decernit esse
 c Kemn. dum, quippe, quod in ipso fuit, libenter etiam
 in exam. stolos suarum rixarum socios adscripsisset: quo
 Cōc. Trid re? Spiritu. Quin etiam iste fraterculus non dubitauit
 sess. 4. Euangelium Lucae petulanti stylo perstringere
 d Luthe- in eo crebrius bona nobis virtutum opera commenda-
 rus pr. in dentur: quem interrogauit? Spiritum. Theodorus
 no. Testā. verbum illud arcanum ex Lucae 22. cap. Hic est
 Germani- nouum testamentum in sanguine meo, qui (calix) c pro
 eum. fundetur: ausus est vt corruptum vitiatumque, tractatum
 a Luthe- re, quod haec oratio nullam expositionem, nisi de
 rus Ser. de no calicis conuerso in verum Christi sanguinem
 Pharis. tiatur. Quis indicauit? Spiritus. Denique cum omnes
 e Publ. credant suo quisque spiritui, nomen Sancti Spiritus
 b Beza in horribili blasphemia mentiuntur. Qui sic agunt nec
 Luc. 22. c. nè se produnt? nonnè in confesso talium virorum
 v. 20. c. quales estis Academici, tenentur, ac minimo negotio
 Poterion constringuntur? Cum his ego timeam pro fide Catho-
 Ekchyno tholica disputare, qui pessima fide, voces non huius
 mencio.

na
 ter
 ac
 co
 hi
 ma
 qu
 ter
 in
 m
 eu
 ali
 mu
 ph
 pr
 sui
 ex
 po
 qu
 of
 &
 pl
 dec
 —
 A
 her
 Stat
 res
 S

nas, sed æthereas, tractare? Nihil hîc dico quæ ver-
tendo peruerterint, quamuis intolerabilia sint, quæ
accusem. Gregorio Martino scientissimo linguarum,
collegæ meo, qui doctius & plenius hoc præstabit, ni-
hil præripio, nec alijs, quibus id laboris esse iam præ-
manibus intellexi. Facinorosius crimen est ac tetrius,
quod nunc persequor: inuentos esse doctorculos, qui
temulento quodam impetu in caeleste chirographum
inuolarint: id ipsum pluribus locis, vt mutilatum, &
mancum, vt falsum, vt surreptitium condemnarint:
eius partes aliquas correxerint, aliquas corroserint,
aliquas euulserint: Hinc, omne propugnaculum quo
muniebatur, in Lutheranos spiritus, tanquam in valla
phantasmatum pictosque parietes commutarint: ne
prorsus obmutescerent, quum in scripturas erroribus
suis infestas impingerent, quas nihilò commodius
expedire, quam sorbere fauillas, aut saxa mandere
potuissent.

Hæc ergo mihi prima ratio vehemens, & iusta fuit,
quæ vbi partes aduersarias vmbraticas & fractas
ostendisset, animum sanè addidit viro, & Christiano,
& in his studijs exercitato, pro sempiterni Regis di-
plomate aduersus reliquias profligatorum hostium
decertandi.

SECUNDA RATIO.

Alterum est, quod me quidem ad congressum
incitarit, & horum apud me copioas eleua-
rit, aduersarij perpetuum in scripturis expo-
nendis ingenium, plenum fraudis, inane prudentiæ.
Statim hæc Philosophi tangeretis. Itaque vos audito-
res experij.

II.
Sacrarum
Literarum
sententia.

Sciscitemur ab aduersarijs, exempli gratia, quid-
nam

a Matt. 26. v. 26. *Marc.* 14. v. 22. *Luc.* 22. v. 19. *b Matt.* 26. v. 28. *Marc.* 14. v. 14. *a Luth. in ep. ad Argent.* *b Matt.* 8. v. 29. *Marc.* 1. v. 24. *a Luc.* 22. v. 19. *Matth.* 26. v. 28. *c Marc.* 14. v. 24. *Luc.* 22. *d 1. Cor.* 10. & 11. *e Matt.* 16. *f Io. 6.*

nam sequuti nouam sectam intriuerint, qua Christus
 excluditur è cœna mystica. Si nominant Euangelicam
 accurrimus. A nobis verba sunt. *Hoc est a corpus meum*
Hic est sanguis b meus. Qui sermo visus est ipsi Lutheri
 tam potens, vt cum etiam discuperet fieri Zuingli
 nus, quod ea re plurimum incommodare Poenitentiam
 ci potuisset: captus tamen, & victus apertissimo
 textu a cederet, neque minus inuitus Christum
 præsentem in Sacramento sanctissimo faceret
 quam olim demones b victi miraculis Christi
 filium vociferati sunt. Agedum, pagellâ scripturæ
 riores sumus, de sententia scripti contenditur, ut
 peruestigemus ex verbis adiacentibus. *Corpus meum*
quod pro vobis datur: Sanguis meus b, qui pro multis
ture Adhuc durissimæ partes Caluini sunt, notissimæ
 ciles & explicatæ. Quid ampliùs? Conferte scripturas,
 inquit: Maximè. Conspirant Euangelicæ
 lus ad stipulatur d. Voces, clausulæ, tota connectio
 nem, vinum, insigne miraculum e, cæleste patrum
 carnem, corpus, sanguinem, reuerenter ingenua
 f. Nihil ænigmaticum, nihil offusum caligat
 quendi. Tamen perstant aduersarij, neque vltimam
 nem faciunt altercandi. Quid agimus? Opinor, ad
 diatur antiquitas, & quod nos alteris alteri sub
 ãti non possumus, illud, omnium sæculorum vana
 randa canicies Christo propior, ab hac line remota
 tior, decidat arbitrio. Non ferunt, prodi se autem
 Dei verbum purum putum inelamant, hominum
 commentarios auersantur. Insidiosè, ineptè. Dei ver
 bum perurgemus, obscurant: Diuos testamenti
 pretes, obsistunt. In summa, sic instituunt, nisi
 rum iudicio steteris, nullum iudicium fore. Acque
 ita se gerunt in omni, quam exercemus, controuer
 sia. De infusa gratia, de inhærente iustitia, de Ecclesiæ
 conspicua, de necessitate Baptismatis, de Sacramentis
 & Sacrificio, de piorum meritis, de spe, & timore, de
 peccatis

peccatis imparibus, de auctoritate Petri, de clauibus, de votis, de consilijs euangelicis, de cæteris, scripturas neque paucas, & ponderosas Catholici passim in libris, in colloquijs, in templis, in schola citauimus, atque discussimus, eluserunt. Veterum scholia Græcorum, & Latinorum admouimus, abnuerunt. Quid tum denique? Doctor Martinus Lutherus, aut verò Philippus, aut certè Zuinglius, aut sine dubio Calvinus, & Beza fideliter enarrarunt. Egone quenquam vestrum existimem tam esse mucosis naribus, qui hoc artificium monitus non persentiscat? Quare fa-

III.

Naturæ

Ecclesiæ

a Ap. 21.

v. 10.

b Psal.

79. v. 9.

c Isa. v. 2.

d Isa. 35.

v. 8.

e Cant.

6. v. 8.

f Matt.

13. v. 24.

g Cant.

4. v. 8.

h Eph. 5.

v. 23.

i. Cor. 12.

v. 12.

i 1. Tim.

3 v. 15.

k. Ioan.

14. v. 26.

l Matt.

26. v. 18.

TERTIA RATIO.

Avdito Ecclesiæ nomine, hostis expaluit. Sed tamen excogitauit quiddam, quod à vobis animaduerti volo, vt falsi ruinam & inopiam cognoscatis. Senserat in Scripturis tum Propheticis, tum Apostolicis, vbiq; honorificam Ecclesiæ fieri mentionem vocari ciuitatem sanctam a, fructiferam vineam b, montem excelsum c, directam viam d, columbã vnicam e, regnum Cœli f, sponsam g & corpus Christi h, firmamentum veri i, multitudinem illam, cui Spiritus promissus instillet omnia salutaria k: illam, inquam vniuersam, nullæ sint vnquam fauces diaboli l morsum lethiferum m impacturæ: illam, cui quicumque repugnet, quantumuis ore Christum prædicet, non magis Christo, quàm publicanus aut ethnicus n, po-

q 2

tiatur.

a Matt.

18. v. 17.

tiatur. Non est ausus contrauenire sonitu, videtur
 Iustitiae quam toties Scripturae commemorat
 refragari, nomen callidè retinuit, rem ipsam fu-
 rus, definiendo, sustulit. His enim proprietatibus
 lineauit Ecclesiam, quae penitus ipsam occulant
 moram à sensibus, tanquam ideam Platoniam
 tis obtutibus hominum per paucorum subijciantur
 rum tantummodo, qui singulariter afflati, corpora
 aërium intelligentia comprehenderent, & huius
 dalitatis participes subtili quodam oculo lustrantur.

*a Cal.**Inst. l. 4.**c. 1. num.*

2. & 3.

b Apo. 1.

2. 3.

c Act. 8.

10. 11. &

seq.

Sunt Christi ad Asiaticas *b* Ecclesias, sunt Petri
 Ioannis, aliorum, ad diuersas epistolae: frequenter
 Actis Apostolicis inchoantur & propagantur
 c. Quid istae? num soli Deo & sanctis hominibus
 Christianis etiam cuiuscunque generis ministrantur.

Sed profectò, durum telum necessitas est.
 Nam qui saeculis omnino quindecim, non opus
 non villam, non domum reperiunt imbutam

na sua, donec infelix monachus *a* incesto conuul-
 votam Deo virginem funestasset, aut Heluetus

diator *b* in patriam coniurasset, aut stigmati *c* in
 ga *c* Geneuam occupasset: Ij coguntur Ecclesiam

quam volent, in latebris venditare, & eos pariter
 ferere, quos nec ipsi nouerint, neque mortalium quos

quam aspexerit. Nisi fortè gaudent maioribus
 lis, quos haereticos fuisse liquet vt Aërio, Iouen-
 no, Vigilantio, Heluidio, Iconomachis, Berengario

Pantal. in Chronol. Vvaldensibus, Lolhardo, Vviclefo, Hulsio, quibus
 pestifera quaedam fragmenta dogmatum emittuntur

rint. Nolite mirari si fumulos istos non percutimus
 quos, modò ad meridianam lucem venero, minime

fuerit laboriosum dispellere.

Hac est enim nostra fermocinatio. Dic mihi, scribis
 scribis Ecclesiae, quae saeculis antea actis viguit: omnia

scribis Ecclesiae, quae saeculis antea actis viguit: omnia

Obeamus ergo terras & tempora : cui? cætui fidelium : quorum? nomina nesciuntur, sed constat plurimos extitisse. Constat? quibus constat? Deo. Quis dicit? nos, qui diuinitus edocti sumus. Fabula? qui credam? si arderes fide, tam scires hoc, quam te viuere.

Spectatum admisi risum teneatis?

Iuberi Christianos omnes adiungere se Ecclesiæ, cauere ne spiritali gladio trucidentur, in domo Dei pacem colere, huic animas credere columini veritatis isthic querelas omnes deponere, hinc eiectos habere pro ethnicis, nescire tamen tot centenis, tot homines vbinam illa sit, quiue huc pertineant? Vnum illud crepare in tenebris, vbi, vbi sit Ecclesia, tantummodo sanctos & in æthera destinatos ea contineri? Ex quo fit, vt si quis imperium sui præsulis detrectare velit, scelere, soluatur, dummodo sibi persuadeat presbyterum in crimen incidisse, & ab Ecclesia protinus excidisse. Cum scirem aduersarios talia comminisci, quod nullius ætatis Ecclesiæ consuessent, & orbatos tota re, velle tamen inter angustias vocabulum possidere, solabar me vestro acumine, atque adeo mihi pollicebar fore, vt quamprimum huiusmodi technas ex ipsorum confessione cerneretis, statim homines ingenui, & cordati stultas argutias in vestram intextas perniciem discinderetis.

QUARTA RATIO.

GRavis, Ecclesia nascente, quæstio de legitimis
 caremonijs quæ credentium animos disturba-
 uit, coacto Apostolorum, & seniorum concilio,
 soluta est. Credidere parentibus filij, pastoribus oues,
 in hac verba mandantibus : *Visum est Spiritui sancto & a. Act. 15.*
nobis a. Sequuta sunt ad extirpandam hæresim, quæ v. 28.

9 3

varia

varia quibusque sæculis pullulauit, Oecumenica veterum Concilia quatuor, tantæ firmitudinis, vt ijs, ante annos mille, singularis honos tanquam diuinis vocibus haberetur *a*. Non abibo longius. Etiam dominicæ, comitijs regni, eadem concilia, pristinum ius, inuiolatamque dignitatem obtinent. Hæc citabo, reque ipsam *b*, Anglia dulcissima patria, contestabor. Si quemadmodum præ te fers, quatuor ista Concilia rouerbere, summum honorem primæ sedis Episcopo, id est, Petro deferres *a*: Incruentum corporis & sanguinis Christi sacrificium in altari recognosces *b*: Beatos Martyres, diuinusque omnes cœlites, vt pro te Christo, supplicent, obsecrabis *c*: Mulierosos apostatas ad infando concubitu, & incestu publico coërcebis *d*, multa facies, quæ demoliris, multa, quæ facis, infecta voles. Porrò Synodos aliorum temporum, nominatim verò Tridentinam, eiusdem auctoritatis, ac fidei cum primis illis fuisse, quando vsus venerit demonstratorum me spondeo, atque recipio. Auctus igitur Conciliorum omnium valido & exquisito præsidio, cur non ingrediar in hanc palæstram animo tranquillo, & præfenti, obseruaturus aduersarium quò se propiciat. Nam & euidentissima producam, quæ distorquere non poterit, & probatissima, quæ respuere non audebit. Fortasse verbosius obloquendo diem extrahere conabitur: sed ab intentis hominibus, si vos ego benè noui, nec aures nec oculos compilauit. Quòd si quis erit omninò tam demens, qui se vnum opponat Senatoribus orbis terræ, & ijs quidem omni exceptione maioribus, sanctioribus, doctioribus, vetustioribus, libenter aspiciam illud os, quod vbi vobis ostendero, reliqua cogitationibus vestris relinquam. Interim hoc monebo. Qui pleno Concilio ritè, atque ordine consummato momentum, & pondus abrogat, videri mihi nullo consilio, nullo cerebro, neque solùm in Theologicis tardum, sed etiam in politicis incon-
 sultum,

a Greg. 1.*a*. ep. 24.*b* Aug. 1.

Elizab.

a Nic.

can. 6.

Chalc.

act. 4.

c. 16.

Constan-

tino c. 5.

b Ep.

conc. in

epist. ad

Nestor.

Nic. can.

24.

c Chal.

act. 11.

d Nic.

conc. apud

Soc. l. 1.

s. 8.

c Vide.

Chalc.

Can. 4.

c. 16. c.

24.

sultum. Si vnquam Dei Spiritus illuxit Ecclesiæ, certè
 illud est tempus immittendi Numinis, quàm omnium
 Ecclesiarum quæ sunt in terris patentissimæ, religio,
 maturitas, scientia, sapientia, dignitas, vnam in urbem
 confluerint, adhibitisque modis omnibus, diuinis, &
 humanis, quibus indagari veritas possit, promissum
 implorent Spiritum *a*, quò salutariter, & pruden- *a Matt.*
 ter sanciat. Profiliat nunc aliquis factionis hæretica *18. v. 20.*
 magistellus, attollat supercilia, suspendat nasum, *Joan. 14.*
 frontem perfricat, iudicesque suos scurriliter ipse iu- *v. 26.*
 dicet: quos ille ludos, quos iocos dabit? Repertus est
 Lutherus *a* qui diceret, anteferre, se Concilijs, duo *a Luthe-*
 rum suffragia bonorum, & eruditorum hominum *rus. Li.*
 (putatote suum, & Philippi) si quando in Christi no- *de ca.*
 mine consensissent: O circulos! Repertus est Kemni- *Babil.*
 tius *b*, qui Concilium Tridentinum ad suos vertiginis *b Martini*
 importuna calculos exegerit: quid lucratus? infania, *Kemnitij*
 Dum iste, nicauerit sepelietur cum Ario; Tridentina *examen*
 Synodus quò magis inueterascet, eò magis indies eoq; *Concil.*
 perennius efflorescet. Bone Deus, quæ gentium varie- *Trid.*
 tas, qui delectus Episcoporum totius orbis, qui Re-
 gum, & Rerumpublicarum splendor, quæ medul-
 la Theologorum, quæ sanctitas, quæ lachrymæ, quæ
 ieiunia, qui flores Acadamici, quæ linguæ, quanta
 subtilitas, quantus labor, quam infinita lectio, quanta
 virtutum, & studiorum diuitiæ, augustum illud sacra-
 rium impleuerunt? Audiui ego Pontifices exultantes,
 & in his Antonium Archiepiscopum Pragensem, à
 quo sum creatus presbyter, amplissimos, & prudentis-
 simos viros, quòd in ea schola hæsisent aliquot annis;
 vt nullum Ferdinandi Cæsaris, cui multum debue-
 rant, regalius, & vberius in se beneficium colerent,
 quàm hoc fuit quòd in Tridentino gymnasio legari ex
 Pannonia confedissent. Intellexit hæc Cæsar, qui re-
 uersis ita gratulatus est, *Aluimus vos in schola*
optima.

Huc inuitati fide publica cur non properarunt aduersarij, vt eos palam refellerent, in quos ranunculi coaxant è cauernulis? Hussio, & Hieronymo fregere fidem, inquit. Qui? Constantiensis Concilij proceres. Falsum est nullam enim dedere, sed nec in Hussium tamen animaduersum fuisset, nisi homo perfidiosus & pestilens, retractus ex fuga, quam ei Sigismundus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas scripto pepigerat cum Caesare, vim omnem illius diplomatis eneruasse. Refellit Hussium præcipitata malitia. Iussus enim, cum barbaras in sua Bohemia tragœdias excitasset, semetipsum sistere Constantiæ despexit prærogatam Concilij, securitatem petijt à Caesare. Caesar obsequauit, Christianus orbis resignauit, maior Caesare. Redire ad mentem hæresiarcha noluit, periit. Hieronymus verò Pragensis furtim venit Constantiam, protectus à nemine, deprehensus comparuit, perorauit, habitus est perbenignè, liber abiit quò voluit, sanatus est hæresim eiurauit, relapsus est, exustus est. Quid torques vnum exemplum de sexcentis exagitant? Repetant annales suos, Martinus ipse Lutherus, odium Dei, & hominum, Augusta positus coram Cardinale Caietano, nonne quod potuit, eructauit, & Maximiliani literis communitus, excessit? Idem accitus Vvormatiam, cum & Caesarem, & plerosque Imperij principes haberet infensos, nonne Caesaris verbo tutus fuit? Postremo Lutheranorum, & Zuinglianorum capita, præfente Carolo quinto, hæreticorum hoste, victore, domino, nonne datis inducijs, confessiones suas toties innouatas exhibuere comitijs Augustianis, & sospites abiire? Haud secus, literæ Tridentinæ locupletissimas aduersario cautiones prouiderant: vt nolui. Nimirum se iactat in angulis, in quibus vbi trita verba Græcorum sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, quæ literarum torem in numero poneret, & ad honesta subsellia deopæ-

Io. Huss.

*Hieron.
Prag.*

*Anno
1518.
Anno
1521.*

*Augu-
stana.
Confessio.
a Vide
Cœc. Trid.
sess. 13.
15. & 18.*

deuocaret. Catholicis Anglis tale chirographum impunitatis impetrent, si diligunt salutem animarum. Nos Husium non causabimur, in curiam, verbo Principis innixi, conuolabimus.

Sed ut vnde sum egressus eo regrediar, Concilia generalia mea sunt, primum, vltimum, media: his pugnabo. Hastam expectet aduersarius amentatam, quam euellere nunquam poterit: prosteratur in eo Satanas, Christus viuat.

QVINTA RATIO.

Antiochia, qua primum in vrbe, Christiano-
rum nobile cogmentum increbuit, doctores a
id est eminentes Theologi, & Prophetæ, id est,
concionatores perquam celebres, floruerunt. Huiusce
generis scribas, & sapientes, doctos in regno Dei, noua pro
mentes & vetera a, Christum callentes, & Moysen,
Dominus ipse futuros gregi prospexerat. Hos ingen-
tis beneficii loco donatos explodere quanti maleficii
est? explosit aduersarius. Quid ita? qui stantibus illis
concidisset. Id ego cum pro certissimo comperissem,
pugnā simpliciter exoptauī, non illam iocularē,
qua turbæ velitantur in compitis, sed istam seueram,
& acrem, qua congregimur in vestris philosophorum
spacijs.

V.

Patres.

a Act. 13.

v. 1.

1. Cor. 12.

v. 28.

Eph. 4.

v. 11.

1. Cor. 14.

v. 1.

seq.

a Matt.

13. v. 32.

...Pede pes, densusque viro vir.

Ad Patres si quando licebit accedere, confectum est
prælium tam sunt nostri, quam Gregorius ipse deci-
mus tertius, filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus.
Nam, ut omittam loco sparsa, quæ ex monumentis ve-
terum conquisita, nostram fidem appositè affir-
mate que propugnant, tenemus horum integra volu-
mina, quæ de industria religionem, quam tuemur

a S. Dio. euangelicam distinctè copioseque dilucidant. Du-
Areop. de plex Hierarchia Martyris a Dionysij, quas classes, quæ
quo vide sacra, quos ritus edocet? Pupugit ea res Lutherum b
S. Syn. tam valdè, vt huius opera *simillima somnijs, nec non perni-*
Act. 4. *ciosissima* iudicaret. Imitatus parentem Cauffeus c
Adon. nescio quis terræ filius ex Gallia, non est veritus hunc
Treu. in Dionysium inclytæ gentis Apostolum, vocitare *detr-*
martyr. *rum senem.* Centuriatores d vehementer offendit Ignatius,
Syng. offendit & Calvinum, vt in eius epistolis *deformis*
Suid. *neuos, & putidas nenas e* hominum quisquiliæ, nota-
Metap. rint. Censoribus illis *fanaticum quiddam a* Irenæus edi-
b Luth. dit: Clemens auctor Stromatum, *zizania, facesque b* pro-
Comm. in tulit: reliqui patres huius æui, sanè Apostolici viri,
1. 13. 17. *blasphemias, & monstra postevis reliquerunt.* In Tertullia-
Deu. item no rapiunt auidè, quod à nobis edocti, nobiscum com-
in captiu. muniter deestentur: sed meminerint, libellum de
Babyl. præscriptionibus c qui nostri temporis sectarios tam
c Cauf. insigniter percujit nunquam fuisse reprehensum.
seus Hippolytus Portuenfis d Episcopus, quàm belle, quàm
Dial. 3. clarè, Antechristi neruum, Lutherana tempora, præ-
c 11. monstrauit? Eum propterea *scriptor em infantissimum &*
d Cent. *laruam a* nominant. Cyprianum, delicias & decus
2. ca. 10. Africae, Gallicanus ille criticus b, & Magdeburgici c,
e. Cal. *stupidum, & destitutum Deo & deprauatorem penitentiæ*
Inst. l. 1. c. nuncuparunt. Quid admisit? Scripsit enim de virginibus,
11. n. 29. de lapsis, de vnitæ Ecclesiæ tractationes eiuſmo-
a Cent. 2. di, eas etiam epistolas Cornelio Romano Pontifici, vt
cap. 5. nisi fides huic martyri detrahatur, Petrus Martyr Ver-
b Vide cè. milius, omnesque cum eo foederati peiores adulteris,
l. l. c. 10. & sacrilegis habeantur. Ac ne singulis insistant diu-
c seq. tius, Patres huius sæculi damnantur omnes, quippe qui
c Tertul. *doctrinam de penitentiæ mirè deprauavint a,* quo pacto
d, de pres. nam austeritas Canonum quæ viguit ea tempeſtate,
c pnt. har. maiorem in modum displicet huic sectæ plausibili,
d Hipp. quæ triclinijs aptior quàm templis, voluptarias aures,
c rat. de titil-
of. secul. a Iuel. c. b Cauff. dial. 8, c 11. c Cent. 3. c, d 4. a Cent. 3. c. p.

titillare & puluillos omni cubito *b* solet affuere. Quid *Canones*
 ætas proxima, quid peccauit? *Chrysostronus & ij Pa. Pœnitent-*
tres iustitiam fidei sedè a videlicet obscurarunt. Nazianze-
 nus, quem honoris causa, Theologum veteres appel-
 larunt, *Causæ iudice b, Fabulator, quid affirmaret, b Ezech.*
nescit. Ambrosius à *Catodæmone fasciatus est.* Hierony. 13. v. 18.
mus equè damnatus, atque diabolus, iniuriosus Apostolo c, a Pref.
blasphemus, sceleratus, impius. Vnus Gregorio Massauio *d in Cen. 5.*
pluris est Calvinus, quàm centum Augustini. Parum est *b Causæ.*
 centum Lutherus *c nihili facit aduersum se mille Augu. Dea. 6. 7.*
stinos, mille Cyprianos, mille Ecclesias. Longius rem dedu-
 cere, superuacaneum puto. Nam in hos, qui bacchan-
 tur, quis miretur in Optatum, Athanasium, Hilarium, *in Act.*
 Cyrillos, Epiphanium, Basilium, Vincentium, *Apost. c.*
 Fulgentium, Leonem, Gregoriumque Romanum *23. v. 3.*
 fuisse procacissimos? *d Test.*

Quamquam si datur vlla rebus iniustis iusta defen-
 sio, non inficior, habere Patres, ybicunque incideris, *Stanch.*
 quod isti, dum sibi consentiunt, necessariò stomachen-
 tur. *l. de Tri- nit.*

Etenim qui odore stata ieiunia, quo animo oportet
 esse in Basilium, Nazianzenum, Leonem, Chrysosto-
 mum, qui de Quadragesima, & indictis ieiuniorum
 ferijs, tanquam de rebus iam vfitatis, conciones egre-
 gas publicarunt? *e Luth.*

Qui suas animas auro, libidine, crapula, & ambi-
 tiosis conspectibus vendiderunt, possuntne non esse
 inimicissimi Basilio, Chrysostrono, Hieronymo, Au-
 gustino, quorum excellentes libri de Monachorum
 instituto, regula, virtutibus, teruntur? *l. contra Herr.*

Qui captiuam hominis voluntatem inuexere, qui
 Christiana funebria sustulere, qui Diuorum reliquias
 incendere, sintne placabiles Augustino, qui de libero
 arbitrio, libros tres, De cura pro mortuis, vnum, De
 Miraculis ad Basilicas, & memorias Martyrum, proli-
 xum caput nobilissimi operis *a & conciones aliquot seq.*
 exarauit? *b Ser. de diuers. 34. c.*

Qui

- a Aug.* Qui fidem suis captiunculis metiuntur, nonne suc-
Cont. ep. censeant Augustino, cuius est insignis epistola contra
Man. Manichæum, qua se profiteretur *a* Antiquitati, Consen-
quam vo- tioni, successioni perpetuæ, & Ecclesiæ quæ sola inter
cant fun- tot hæreses Catholicæ nomen vsucapione vendicat
da. c. 4. assentire?
- b Optatus* Optatus, Mileuitanus Episcopus, Donatianam par-
l. 1. & 2. tem reuincit *b* ex communione Catholica, nequitiam
com. Par- accusat *c* ex decreto Melchiadis, hæresim refutat de
meni. ordine Romanorum Pontificum, insaniam patet
c Lib. 1. ex Eucharistiæ & Chrismate contaminatis, sacrile-
d Lib. 2. gium horret *a* ex diffractis altaribus, in quibus Christi
e Lib. 2. membra portata sunt, pollutisque calicibus *b*, qui Christi
a Lib. 6. sanguinem tenuerunt. De optato quid sentiant, auco scire,
b Lib. 6. quem Augustinus *c* vt venerabilem, & Catholicum
c Aug. Episcopum, Ambrosio parem, & Cypriano, quem Ful-
l. 1. cont. gentins *d* vt sanctum vt fidelem Pauli interpretem,
Pyrmen. Augustini similem, & Ambrosij, meminerunt.
- e de v-* Athanasij Symbolum in templis concinunt. Num
nit. c. 16. fauent ei, qui Antonium Eremitam Aegyptium *e*,
e lib. 3. grauis auctor, accurato libello dilaudauerit, quique
de doct. cum Alexandria Synodo *b*, iudicium sedis Apostoli-
Christ. cæ, Diui Petri, suppliciter appellarit? Prudentius in
c. 40. hymnis, quos decantes? quoties ad eorum cineres, &
d Fulg. ossa regem martyrum veneratur? Num hunc proba-
lib. 2. ad bunt?
- Monim.* Hieronymus pro Diuorum reliquijs, & honori-
a Vide bus scribit in Vigilantium: In Iouinianum, pro virgi-
S. Hier. nitatis gradu. Hunc cine patientur?
de scrip. Ambrosius *a* tutores suos Geruasium, & Protasium,
Eccles. celebritate potissima, in Arianam ignominiam hone-
b Vide stauit: cui facto diuinissimi Patres *b* encomium tri-
ep Syno. buere: quod factum, Deus *c* non vno prodigio deco-
Alex. ad rauit. Num beneuoli sunt Ambrosio futuri?
Feli. 2.
- a Vide ep. D. Ambr. ad Ital. To. 3. Suriij, & eiusd. Item ser. 91. b. Aug.*
l. 22, de Ci. Dei, cap. 8, c Greg. Turo. l. de glor. Mar. c. 46. Metaphr.

Grego-

Gregorius magnus noster Apostolus, planissimè
 noster est, eoq̄ue nomine nostris aduersarijs odiosus,
 quem Caluini rabies negat in schola sancti Spiritus
 educatum a propterea quodd sacras imagines, illitera-
 torum libros appellasset.

a Calu.
 Inst. l. 1. c.
 12. m. 5.

Dies me deficeret numerantem Epistolas, Concio-
 nes, Homilias, Orationes, Opuscula, Disceptationes
 Patrum, in quibus ex apparato, grauter & ornatè no-
 stra Catholicorum dogmata roborarunt. Quàm diu
 apud bibliopolas ista venierint, tam diu frustrà no-
 strorum codices prohibentur: frustrà seruantur adi-
 tus oraq̄ue matritimæ: frustrà domus, arca, scrinia,
 capsulæ disquiruntur frustrà tot portis minaces tabu-
 la suffiguntur. Nullus enim Hardingus, nec Sande-
 rus, nec Stapletonus, nec Bristolius hæc noua somnia
 vehementiùs, quàm hi, quos recensui Patres, insectan-
 tur. Talia cogitanti accreuit animus, & desiderium
 pugnae, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi
 gloriam Deo cesserit, feret incommodum. Patres ad-
 miserit: captus est, exclusit: nullus est.

Adolescentibus nobis ita contigit. Ioannes Iuëllus
 antesignanus Calvinianorum Angliæ, Catholicos ad
 Diui Pauli Londinensium, incredibili iactantia laces-
 sit, inuocatis per hypocrisim, & imploratis Patribus,
 quicunq̄ue intra salutis annum sexcentimum cla-
 ruissent. Accipiunt conditionem memorabiles viri,
 qui tum exulabant Louanij, summis licet difficultati-
 bus propter iniquitatem suorum temporum circum-
 septi. Ausim dicere, tanto popularibus nostris bono
 fuisse illam Iuëlli astutiam, inscitiam, improbitatem,
 impudentiam, quas ij scriptores foeliciter expande-
 runt, vt vix aliud quidquam memoria mea prouenerit
 Anglorum Ecclesiæ laboranti fructuosius: Edictum
 continuè valuis appenditur, ne qui codices illiusmodi
 legerentur, neve haberentur, quàm tantis clamori-
 bus propemodum extorti prodijissent, didicere qui-
 cunque

cunq̄ue negotium attigissent, Patres fuisse Catholicos, id est, nostros.

Lib. de
vit.
Iuël.

Neque hoc sibi suisque vulnus inflictum Laurentius Hemfredus tacuit : qui cum alie Iuëllum quoad cetera sustulisset, vnam ei notam asperfit inconsiderantia, quod Patrum calculos recepisset, quibuscum sibi nihil esse commercij, nec fore, sine vlla circūuisione proloquitur.

Pertentauimus etiam familiariter aliquando Tobiam, Matheum, qui nunc in concionibus dominatur, quem propter bonas artes, & virtutum semina dileximus, ut responderet ingenuè, possetne qui Patres assiduus lætaret, istarum esse partium, quas ille luserat. Retulit, non posse, si pariter eos legeret, isque crederet. Verissimum hoc verbum est, neque aliter, aut eum nunc, aut Matthæum Huttenum, qui *vir nominatus in paucis*, versare dicitur, aut reliquos aduersarios, qui hoc faciunt, sentire arbitror.

Hactenus ergo securus in hanc aciem potui descendere bellaturus cum ijs, qui quasi auribus lupum teneant aeternam causam maculam cogantur inurere, sine recusent Patres, siue deposcant. Nam in altero fugant, in altero suffocantur.

SEXTA RATIO.

VI.
Firma-
menta
Patrum
Io 5. v.
39.

SI quibus vnquam cordi curaque fuit id quod maximè nostris fuit, & esse debet, *Scrutamini scripturas*. Facile principes, & palmares in hoc genere sanctissimi Patres extitere. Horum opera sumptuose rot gentibus & linguis transcripta Biblia : & importata sunt : Horum periculis & cruciatibus, erepta de flammis hostilibus, & vastitate, horum laboribus, & vigilijs, omnem in partem enucleata studiosissime :
die

die noctuque sacras literas imbibere, de suggestis omnibus sacras literas edidere, immensa volumina sacris literis ditauere, fidelissimis commentarijs sacras literas explicuere, cibos, & in ediam sacris literis condidere, occupati denique sacris in literis ad senectutem decrepitam peruenerunt.

Quod si frequentes ipsi quoque, ab Auctoritate Maiorum, ab Ecclesiae praxi, à Successione Pontificum, à Concilijs œcumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à Cruore Martyrum, à Scitis Præfulum, à Vitis euentisque mirabilibus argumentari sunt: tamen omnium maximè, & libentissimè Sanctarum Literarum testimonia densa conglobant, hæc premunt, in his habitant, huic *armaturæ fortium*, duces robustissimi, facta tecta Ciuitatis Dei contra nefarios impetus quotidie munientes optimo iure, primas partes honoratissimasque porrigunt.

Cant. 4
v. 4

Quod magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam & fatuam, qui velut aquam in profluente quaritans, sic in scripturis confertissimis scripturarum penuriam obiecit. Tantisper se patribus assensurum dicit, dum Sacris Literis adhærescunt. Num loquitur ex animo? Curabo igitur procedant armati atque stipati Christo, Prophetis, Apostolis atque omni apparatu Biblico, celeberrimi auctores, antiquissimi Patres, sanctissimi viri, Dionysius, Cyprianus, Athanasius, Basilus, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Latinusque Gregorius. Regnet in Anglia fides illa, vtinam regnet, quam hi Patres amicissimi scripturarum ex scripturis extruunt. Quas afferunt, afferemus: quas conferunt, conferemus: quod inferunt, inferemus, placet? excrea dic sodes. Minime verò, inquis, nisi rectè exponant. Quid est hoc ipsum, rectè? Arbitratu tuo. Nihilne pudet Labyrinthi? Ergo cum sperem in Academijs florentissimis, confociatum iri benè multos, qui non

non pingui Minerua, sed acuto iudicio in has contro-
uerfias inspecturi sunt, & horum responsa nugatoria
libraturi, latus hunc diem campæstolabor, ut qui
contra syluestres tumulos mendicorum inermium
nobilitatem & robur Ecclesiæ Christi cogitem edu-
cere.

SEPTIMA RATIO.

VII. **P**ristinam Ecclesiæ faciem historia prisca respicit.
Historia. Huc prouoco. Certè antiquiores historici (quos
Generales etiam vsurpant aduersarij) ferè numerantur. Eu-
Historici. sebius, Damasus, Hieronymus, Ruffinus, Orosius, So-
crates, Sozomenus, Theodoretus, Cassiodorus, Gre-
gorius Turonensis, Vsuardus, Regino, Marianus, Si-
gebertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus. Quid nar-
rant? Nostrorum laudes, progressus, vicissitudines,
hostes. Imò verò, quod obserues diligenter, illi qui
Heretico- dissident à nobis odio capitali Philippus, Pantaleon
rum chro- Funccius, Magdeburgici, quàm se adscribendam vel
nica & chronologiam, Ecclesiæ, vel historiam appulissent, ni-
historia. si nostrorum gesta colligerent, ac inimicorum Eccle-
siæ nostræ fraudes & scelera exaceruarent, mille quina-
gentos annos argumento vacui prætermitterent.

Cum his considera peculiare certarum histori-
Historici graphos regionum, qui vnus acta cuiusque populi
certarum curiosius, operosiusque scrutati sunt. Ij quasi Spartam
Gentium. adepti quam locupletare modis omnibus, & perpoli-
re cuperent. qui ne conuiuia quidem lautiora, aurem-
nicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata
calcaria, talesque minutias, si nouitatem saperent, ta-
cuere: profectò, si quid in religione mutatum, aut à
primis degeneratum sæculis inaudissent, frequentes
memorassent, si non frequentes, saltem aliqui: si non
aliqui,

aliqui, vnus aliquis absque dubio. Nullus omnino, neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modò quicquam tale prodidit, sed nec significauit.

Verbi gratia. Dant nobis aduersarij, nec aliter possunt, fuisse Romanam Ecclesiam aliquando Sanctam, Catholicam, Apostolicam: tum, cùm hæc à Diuo Paulo promerisset elogia: *Vestra fides annunciat in vniuerso mundo. Sine intermissione a memoriam vestri facio: Scio quoniam veniens b ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam: Salutant vos omnes c Ecclesie Christi: Vestra enim obedientia d in omnem locum diuulgata est.* Tum, cùm ibi Paulus in libera custodia e, disseminaret Euangelium: Tum, cùm in ea quondam Babylone f coelectam Ecclesiam Petrus regeret: Tum cū ille Clemēs apprimè laudatus ab Apologo g sederet ad ipsa gubernacula: Tum, cùm profani Cæsares vt Nero, Domitianus, Traianus, Antonius, Romanos Pontifices laniarent. Tum etiam, vel Caluino teste, cùm Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius, clauum tenerent Apostolicum. Hoc enim sæculo, nihil adhuc, præsertim Romæ, digressos ab Euangelica doctrina a, liberaliter ille concedit.

Quando igitur hanc fidem tantopere celebratam Roma perdidit? quando esse desijt, quod ante fuit? Quo tempore, quo Pontifice, qua via, qua vi, quibus incrementis, urbem, & orbem religio peruasit aliena? quas voces, quas turbas, quæ lamenta progenuit? Omnes orbe reliquo sopiti sunt, dum Roma, Roma inquam noua Sacramenta, nouum Sacrificium, nouum religionis dogma produceret? Nullus extitit historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obscure iaceret in commentariis?

Ergo perspicuum hoc quidem est, si quæ nos credimus, historia multa & varia, nuncia vetustatis, vita memoria loquitur, ac repetit affluenter quæ isti ob-

r

trudunt,

Rom. 1.
v. 8.
a Ro. 1.
v. 9.
b Ro. 15.
v. 29.
c Ro. 16.
v. 16.
d Ro. 16.
v. 19.
e Act. 28.
v. 30.
f 1. Pet. 5.
v. 13.
Hiero. in
ca. script.
Eccles. 2.
Euse. 2.
hist. c. 14.
g Phil. 4.
v. 3.
Iren. l. 3.
cap. 3.
a Calui-
nus Inst.
l. 4. c. 2.
nu. 3. 2.
in ep. ad
Sadol.

Vide
Cod. in
an. 1523.

trudunt, nulla narratio post homines natos in Ecclesia valuisse commemorat: & historicos esse meos, & incursiones aduersarias esse frigidissimas, quæ nihil mouere possint, nisi prius receptum sit, omnes omnium temporum Christianos in spissam perfidiam, atque in gehennæ voraginem corruisse, donec Lutherus Bonam constuprasset.

OCTAVA RATIO.

VIII.
Parado-
xa.

De Dec.
a Calu.
Inst. l. 1.
c. 18. l. 2.
c. 4. l. 3.
e. 23. &
24. Pet.

Mar. in

1. Sam. 2.
a Meläst.
ann. in c.

Ro. 8.
Vvitem.
1524.

b Sic do-
cet Luth.
in asser.

36. & in
36. & in

l. de seruo arbitrio.

EGO verò, præstantissimi viri, cum de multis heresibus, quædam apud me opinosissimorum portenta reputo, quæ mihi venient expugnanda: me ipsum inertia vecordiaque condemnem, siculquam in experiundo facultatem aut vires extimeret. Sit ingeniosus, sit eloquens, sit exercitatus, sit omnium librorum helluo tamen aridus, & balbus appareat necesse est, cum hæc tam *adynata* sustentabit. Dileputabitur enim, si fortè nobis annuent, De Deo, De Christo, De Homine, De Peccato, De Iustitia, De Sacramentis, De Moribus. Videro an ausint adferre quæ sentiunt, quæque rebus addicti necessarijs diulgant in scriptiunculis. Faxo, norint ista suorum *adynata*.

Deus est auctor & causa peccati, volens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc impiorum scelerata consilia gubernans. Proprium Dei opus fuit, ut vocatio Pauli, sic adulterium Davidis a, Iudaque proditoris impietas. Monstrum hoc, cuius Philippum aliquando puduit, Lutherus b tamen à quo Philippus hauserat, quasi oraculum caeleste miris extollit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantum non exæquat b Apostolo Paulo. Percontabor etiam quid animi Luthero fuerit, quem Angli d Caluiniani vtrum diuinitus datum ad orbem illuminandum pronunciant, cum hunc versum demeret a supplicationibus Ecclesie.

Ecclesiæ, Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

Apol.

Mox ad personam Christi progrediar. Quæram Eccl.

ista sibi quid velint. Christus Dei filius, Deus de Deo, Angl.

Caluino b, Deus ex sese: Beza c, non est genitus de Pa- a Vide

tris essentia. Item, Duæ constituentur in Christo vnio- enchir.

nes hypostaticæ d, altera animæ cum carne, Diuinita- prec. an.

tis cum Humanitate altera. Locus apud Ioannem, Ego 1543.

o Pater vnum sumus. Non ostendit ad Christum Deum De Chr.

homoouision a Deo Patri. Sed & anima mea, inquit sto.

Lutherus b, adit hoc verbum homoouision. Pergite. Chri- b Calu.

stus ab infantia non fuit gratia consummatus c, sed Inst. l. 1.

animo docibus velut cæteri homines, adoleuit, vsu fa- c. 13. num.

ctus quotidie sapientior, ita vt puerulus d ignorantia 23. 24.

laborarit. Quod perinde est, ac si dicerent originis c Be. in

labe, & vitio sordidarum. Sed cognoscite diriora Hesbu.

Christus cum orans in horto, sudoribus aquæ mana- d Beza

ret & sanguinis, sensu damnationis æternæ cohorrui contra

a, vocem edidit sine ratione, sine spiritu, vocem do- Schmide

loris impetu repentinam b, quam, vt non satis media- lib. de

tam, celeriter castigauit. Estne aliquid amplius? vnit. hy-

Attendite. Christum cum actus in crucem excla- posta.

marer, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, dua. in

accensus est flammis c inferni, desperationis vocem Christ.

emissit d, non aliter affectus, quam si pereundum ei nat.

foret internecone sempiterna: His etiam si quid a Calu.

possunt, addant. Christus inquiunt, descendit ad in- in Ioan.

feros, id est, Mortuus gehennam gustauit a, nihi- 10. v. 30.

lo minùs quam animæ damnatorum, nisi quod si- b Luth.

bi restituendus erat. Quandoquidem enim mor- contr.

te corporea nihil nobis profuisset b, anima quoque Latom.

r 2

luctari

c Buce. in

Lu. 2. Cal. in har. eu. d 1. Luc. Loff. Hen. Melan. in Eu. do. 1. post

Epi. a Marlorat. in Matt. 26. b Calu. in Har. Euang. c Brent.

in Luc. par. 2. ho. 65. & in Cathec. an. 1551. & in Io. hom. 54. d

Cal. in Harm. Euã. in eandẽ sent. Loff. in Mat. 26. a Schmidel.

ronc. de pass. & cena domini Aepinus com. in ps. 16. b Cal. Inst.

lib. 2. c. 16. num. 10, 11. Bren. in Catech. an. 1551.

a Calu.
Inst. lib.
2. c. 16.
nu. 12.
b 1, Ti. 2.
v. 5.
c Apo. 2.
v. 11.
a Buterus
in Matth.
cap. 26.
De Ho-
mine.
a Illyri.
in varijs
l. de ori.
pec. Sar-
cer. de
conf. ve.
Eccles.
AEpin.
de imb.
& pecc.
Sanct.
Kemm.
con. cens.
Col.
a Cal. l.
4. Inst.
c. 15. nu.
10. 11.
De pec-
cato.

luctari cum morte debuit aeterna, atque hoc modo no-
 strum scelus suppliciumque dependere. Ac ne quis
 fortè suspicetur istud Caluino per incuriam obrep-
 se, idem Caluinus omnes vos, *si qui doctrinam istam sole-
 rij plenam exagitastis, perditos a* appellat nebulones. Tem-
 pora, tempora cuiusmodi monstrum aluistis? Cruor
 ille delicatus & regius, qui de innocentis Agni corpo-
 re lacerato fiscoque scaturijt, cuius cruoris vna quavis
 guttula, propter dignitatem Hostiae, mille mundos re-
 dimere potuisset, nihil humano generi profecit, nisi
mediator Dei, & hominum b homo Christus Iesus e mortem
 quoque secundam, mortem animae, mortem gratiae,
 peccati solius, & exitiabilis blasphemiae sociam pertu-
 lisset? Prae hac insania modestus videbitur Buterus,
 quanquam est impudens, qui infernum in simbolo
a, sepulchrum accipit, per Epexegefin valde prae-
 ram, ac potius Tautologiam ineptam, atque solidam,
 Anglicani sectarij, pars Caluino, Idolo suo, pars Bu-
 cero, magno magistro solent accedere: pars etiam
 submurmurant in hunc articulum, ne quid faciliat vi-
 tra molestiae, quemadmodum sine tumultu penitus
 eximatur de Symbolo. Id verò etiam fuisse tentatum
 in conuenticulo quodam Londinensi, meminij narra-
 re mihi qui interfuit Richardum Chenium, miseri-
 mum senem, male mulctatum à latronibus foris, ne-
 que tamen ingressum in paternam domum. Haec enim
 de Christo.

De Homine *a* quid? Imago Dei penitus in homine
 deleta est, nulla boni scintilla superstite: tota natura
 quoad omnes animae partes ita funditus euerfa, vt ne
 renatus quidè, & sanctus quicquam sit aliud intrinse-
 cus, nisi mera corruptio *a*, atque contagio. Quorsum
 ista? Vt qui sola fide gloriam rapturi sunt, in omnium
 turpitudinum caeno volutati, naturam accusent, vir-
 tutem desperent, praecpta deonerent.

Huc Illyricus, Magdeburgensium Primpilus, illud
 suum

suam adiecit immane placitum de originis peccato, *b Illyri.*
 quod esse vult, Intimam substantiam animarum *b, in vari.*
 quippe quas, post Adami lapsum, Diabolus ipse pro- *l. de pec.*
 creet, & in sese transformet. Hoc quoque tritum est in *origi. vide*
 hac fece, omnia peccata esse paria *a:* sed ita (ne Stoici *Hesbusi*
 reuiuiscant) si Deo iudice ponderentur. Ac si Deus æ- *in ep. ad*
 quisimus iudex, oneri nostro cumulum potius, quam *Illyr. An*
 leuamentum faceret, & id quod non est in re, cum sit *peccatum*
 ipse iustissimus, exaggeraret. Hac trutina, non leuius *sit sub-*
 in Deum seuerissimè iudicantem deliquerit ille cau- *stantia.*
 po qui gallum gallinaceum, quando non est opus, oc- *a Calu.*
 ciderit, quam infamis ille ficarius, qui plenus Beza, *in Anti-*
 Gallum Heroa Guiffum, admirabili virtute princi- *dot. Conc.*
 pem, dispiosa fistula clanculum interemit; quo faci- *Trid. Idē*
 nore nihil vidit orbis noster ætate nostra funestius, *docuerat*
 nihil luctuosius. *V vicles.*

Sed fortasse, qui tam sunt in peccati conditione te- *apud*
 trici, magnificè philosophantur de diuina gratia, quæ *V val. li. 2*
 huic malo succurrere ac mederi possit. Præclaras verdè *de Sacr. e.*
 isti partes assignant gratiæ, quam neque infusam cor- *154.*
 dibus nostris, neque ad resistendum sceleribus vali- *De Gra-*
 dam esse latrant, sed extra nos in solo Dei fauore *a tia.*
 collocant: qui fauor non emendet impios, nec purget, *a Luth. in*
 nec illuminet, nec ditet, sed veterem illam sentinam *Resp. con-*
 adhuc manantem, atque fatentem, ne deformis, & *tra Louã.*
 odiosa putetur, Deo coniuente, dissimulet. Quo suo *b Buce.*
 plasmate tantoperè delectantur, vt ne Christus qui- *in Io. 1.*
 dem aliter apud illos *b gratia plenus, & veritate dica-* *V vall.*
 tur, quàm quòd ei Deus Pater mirandum in modum *in nata,*
 fauerit. *Christi.*

Quæ res ergo iustitia est *c?* Relatio. Non enim ex *Bren.*
 Theologicis concinnata virtutibus Fide, Spe, Chari- *hom. 12.*
 tate, quæ animam suo nitore conuestiant, sed tantum *in Ioan.*
 occultio delicti, quam qui sola Fide prehenderit, ille *Cent. l. 1.*
 tam *cap. 4.*

F 3

De iustitia c Hesbusius Iustif. in resp. ad 115. obiect. Illyric.
in Apol. confess. Antuer. c. 6 de Iustif.

- a Calu. l.* tam de salute certus est, ac si iam pridem interminato
3. Inst. c. 2 coeli gaudio a fruereetur.
nu. 28. Agè, somniet hoc: sed vnde constare poterit de fu-
 42. tura perseuerantia, qua qui caruit *b*, exiuit infelici-
b Matt. mus, licet ad tempus purè, pieque Iustitiam coluisset
 12. v. 45. Imò verò hæc tua Fides, Calvinus *c*, ait, nisi tuam ti-
Luc. 11. bi perseuerantiam firmè prænunciet, vt allucinari ne-
 v. 26. queas, tanquam inanis & languida sperneretur. Ag-
c Calu. nosco discipulū Lutheri. Christianus, inquit *a* ille, est
Inst. l. 3. volens, non potest salutem perdere, nisi nolit credere.
c. 2. n. 4 Ad Sacramenta festino. Nullum, nullum, non duo,
a Luthe- non vnum, ô Sancte Christe! reliquerunt. Ipsorum
rus l. de quippe panis, venenum est. Baptismus, etsi adhuc ve-
ca. Babyl. rus est, tamen ipsorum iudicio nihil est, non est vnda
De Sacra- salutaris, non est canalis gratiæ, non deriuat in nos
mentis. Christi merita, sed significatio dumtaxat *a* salutis est.
a Calu. Itaque nihilo pluris Baptismus Christi quoad natu-
Inst. l. 4. ram rei: quam Ioannis *b* fecere cæremoniam. Si habeas
c. 15. nu. rectè: si careas, nihil damni: crede, saluus es *c* amequam
 2. & 10. abluare. Quid ergo paruuli, qui nisi iuuentur virtute
b Cal. l. 4. Sacramenti, sua Fide miselli nihil assequuntur? Potius
Inst. c. 15. quàm Sacramento Baptismatis quicquam tribuamus,
n. 7. Cent. inquit *d* Magdeburgici, demus inesse Fidem ipsis
 1. l. c. 10. ipsis infantulis, qua seruentur, cuius Fidei pulsus
c Luth. quosdam abditos intelligant ipsi, qui viuant necne,
l. de ca. nondum intelligunt. Durum. Si hoc aded durum est,
Bab. Lutheri pharmacum auditote. Præstat, inquit, omit-
d Magde- tere *a*, quandoquidem nisi credat infans, nequicquam
burg. Cæt. lauatur, Hæc illi quidem ancipites animo, quidnam
 1. & 5. c. 4 enuncient categoricè. Ergo Balthasar Pacimontanus,
a Luth. ditribitor interueniat: qui parens Anabaptistarum,
aduersus cum paruulis motum Fidei non posset affingere, Lu-
Cochl. theri cautiunculam approbavit, & paedobaptismum
Item eiiciens è templis, neminem, nisi adultum fon-
epist. ad te sacro decreuit abluere. Ad reliqua Sacramen-
Melanct. ta quod
) Tom. 2. & in epist. ad Vval. Anabaptista.

ta quod attinet, quamuis illa bestia multiceps a hor. 13. v. 1. rendas eiecerit contumelias, tamen quia quotidiana De moriam sunt, & callum auribus obduxerunt, hic prætereo. bus.

Restant Hæreticorum de vita, & moribus frustra a Luth. nocentissima, quæ Lutherus euomuit in chartas, vt ex *serm. de vnus pectoris impuro gurgustio pestem lectoribus Matri. inhalaret. Audite patienter, & erubescite, & mihi date b Idem veniam recitanti. Si nolit vxor a, aut non possit, veniat in lib. de ancilla. Siquidem res vxoria tam b est cuique necessaria. vit. con- ria, quàm esca, potus, somnus, Matrimonium c multo iugali. præstantius. Eam Christus eam Paulus dissuasit c Idem hominibus Christianis. Sed hæc fortasse propria Lu. in asser. theri sunt. Non sunt. Etiam nuper a meo Charco e, art. 16. sed miserè, timideque defenduntur. Vultis ne plura? d Idem Quidni? Quamò sceleratior es, inquit, tantò vicinior li. de vo. gratia. Omnes actiones bonæ peccata sunt, Deo iudi- mo. ce a, mortifera? Deo propitio, leuiuscula. Nemo ma- d Char. lum suapte b voluntate cogitat. Decalogus nihil c ad l. in Cen- Christianos. Opere nostra Deus d nequaquam curat. forem Soli rectè participant cœna dominica, qui tristes, af- suum, flictas, perturbatas, confusas, erraticas, apportant e f Luth. conscientias.*

Confitenda crimina sunt, sed cuilibet, qui si te vel pis. Pet. ioco absoluerit, modo credideris f, absolutus es. Lege- a Luth. in re preces horarias non est sacerdotum, sed Laicorum. asser. Christiani liberi b sunt à statutis hominum. Sa- art. 32. tis superque lacunam istam commosse videor. Iam fi- b Idem li. nio. Nec verò puteis iniquiorem esse me, qui Luthera- de ser. nos, & Zuinglianos promiscuè coarguerim. Nam arb. isti memores a quo profeminati sint inter se fratres c Idem & amici volunt esse c, adeoque grauem interpretan- *serm. de tur iniuriam, cum in vlla re præter vnam discrimi- Moysè. nantur.*

d Idem l.

Equidem non sum tanti, vel vt mediocrem locum de ca. Ba. r 4 mibi c. de Euc. Idem in fine eiusdè cap. f Idè in asser. art. 12. & 13. a Idem de c. Ba. in 2. de ordi. b Idè de ca. Ba. ca. de bapt. c Apolo. Eccl. Angl.

mihi sumam in selectis Theologis, qui hodie bellum hæresibus indixere: sed hoc scio, quantumvisculumque sum periclitari me non posse, dum Christi gratia ful- tus aduersum talia commenta, tam inuisa, tam infu- sa, tam bruta, cælo terraque iuuantibus, præliabor.

NONA RATIO.

IX.
Sophis-
mata

SCitum est, inter cæcos luscum regnare posse. Apud rudes valet sæpe fucata disputatio, quam schola Philosophorum exhibilat. Multa peccata- uersarius in hoc genere: sed quatuor fallacijs plerum- que confuitur, quas in Academia malim, quam in tri- uio retexere.

Sciamachia.
1. Cor. 7.

Primum vitium, *Sciamachia* est, quæ auras & um- bras magno conatu diuerberat. Hoc pacto: Contra coelibes iuratos, & votos in castimoniam, quod nuptiæ bonæ sint, uirginitas melior: afferuntur scripturæ lo- quentes honorificè de coniugio. Quem feriunt? Con- tra meritum hominis Christiani, tinctum Christi sanguine alioqui nullum, promuntur testimonia, qui- bus iubemur, nec naturæ, nec legi, sed sanguini Chri- sti fidere. Quem refellunt? In eos qui colunt cælites, ut famulos Christi maximè gratiosos, citantur integræ pagellæ, quæ vetant colere multos Deos. Vbinam sunt? Huiusmodi argumentis, quæ apud hæreticos in- finita reperio, nobis esse detrimento non poterunt, vobis esse fastidio poterunt.

Logo-
machia.

Aliud vitium *Logomachia* est, quæ sensa deserens, lo- quaciter cum verbo litigat. *Inuenias mihi Missam, in- quiunt, aut Purgatorium in scripturis.* Quid ergo? Trini- tas, *Homoousios*, *Persona*, nusquam sunt in Biblijs, quia voces istæ non sunt? Affine est huic peccato, literarum aucupium, quum neglecta consuetudine, & mente loquen-

loqueutium, quæ vita vocabuli est, aduersus elementa contenditur. Nempè sic aiunt: *Presbyter, nihil est Græcis aliud nisi senior. Sacramentum, quoduis mysterium.*

Cæterùm acutè D. Thomas, vt omnia: In vocibus, inquit videndum non tam ex quo, quàm ad quid, sumuntur.

Tertium, *Homonymia* est, longè lateque patens. Vt: Quorsum ordo sacerdotum, cùm Ioannes a omnes nos vocauerit sacerdotes? Etiam hoc addidit. *Regnabimus super terram.* Quorsum ergo Reges? Item: *Propterea celebrat ieiunium spiritale b hoc est, ab inueteratis criminibus abstinentiam.* Valeat ergo ciborum delectus, & dierum præscriptio. Siccine? Igitur insanierunt Moyses, Dauid, Helias, Baptistes, Apostoli, qui biduo, triduo, vel hebdomadis in diem terminarunt, quæ quidem vt à crimine, debebat esse perpetua. Hoc quale sit iam vidistis. Propero.

Quartum his adijcitur *Circulatio*, in hunc modum: Da mihi notas, inquam, Ecclesiæ. *Verbum Dei, & purissima Sacramenta.* Hæccine sunt apud vos? *Quis dubitet?* Ego verò pernego. *Consule verbum Dei.* Iam consului, minusque vobis, quam antè, fauco. *Ab tamen plānum est.* Proba mihi *Quia nos ne latum quidem vnguem discedimus à verbo Dei.* Vbi est acumen tuum? sempè necapies pro argumento, illud ipsum quod ponitur in quæstione? Quoties hoc iam inculco? Num tu euigilas? Num faces admouendæ sunt? Dico, à te perperam exponi verbum Dei: testes habeo quindecim aetates: *sententiæ, non meæ, non tuæ, sed harum omnium. Stabosententiæ verbi Dei: Spiritus vbi vult, spirat.* Eccum quos gyros, quas rotas fabricat? Hic nugator, tot verborum, atque sophismatum Architectus, nescio cui formidolosus esse queat, molestus erit fortasse. Molestiam vestra prudentia subleuabit, formidinem res eripuit.

1. par. 9.

13. art. 2.

ad 2. arg.

Homonymia.

a Apoc.

5. v. 10.

b Isai.

58. v. 6.

Circulatio.

latio.

Ioan. 3.

v. 8.

DECIMA RATIO.

- X. **H**Æc erit vobis directa via a, ita vt stulti non errent
 per eam. Quis enim, quamuis hebes in plebecu-
 la, dummodo salutis cupidus parumper atten-
 derit, semitam Ecclesiæ tam egregiè complanatam,
 non videat, non teneat, vepres, & cautes, & auia de-
 testatus? Erunt hæc etiam rudibus explorata, sicut
 Isaias vaticinatus est, vobis igitur, si vobis explora-
 tissima.
- Cælites.** Theatrum vniuersitatis rerum ponamus ob ocu-
 los: quicquid est vspiam, peragramus: omnia nobis ar-
 gumentum suppeditant. Eamus in cælum: Rosas & li-
 lia a contemplemur: purpuratos nempe martyrio,
 candidatos innocentia. Romanos, inquam, Pontifi-
 ces a tres & triginta continenter occisos: Pastores ter-
 ris omnibus, qui suum pro Christi nomine sangui-
 nem oppignerarunt: Greges fidelium, qui Pastorum
 vestigijs institere: Diuos omnes cælites, qui turba
 hominum, puritate & sanctimonia præluxere. No-
 stros hinc vixisse, nostros hinc emigrasse reperias. No-
 ster fuit, vt paucula delibemus, ille martyrij sitientis-
 simus Ignatius b, qui in rebus Ecclesiæ neminem, ne
 regem quidem a æquavit Episcopo: qui traditio-
 nes quasdam Apostolicas, quarum testis ipse fue-
 rat, ne dilaberentur, scripto b mandauit. Noster Ana-
 choreta Telesphorus, qui ieiunium Quadragesi-
 mæ sancitum ab Apostolis obseruari c seuerius iul-
 sit. Noster Iræneus, qui à successione Cathedraque
 Romana, fidem d Apostolicam, declarauit. Noster
 Victor Pontifex, qui Asiam edicto e coërcuit vni-
 uersam: quòd cum aliquibus, atque etiam huic Ire-
 næo viro sacratissimo videretur asperius, nemo tamen
 atte-

attenuauit vt exoricam potestatem. Noster Polycarpus a *Euseb.*
 qui super quaestione a Paschatis Romam adijt, cuius 4. *hi. c. 13.*
 ambustas reliquias, Smyrna collegit, anniuersario die b *Euf. 4.*
 rituque legitimo b, suum Episcopum venerata. Nostri *hist. c. 14.*
 Cornelius, & Cyprianus, aureum par Martyrum, am. *Suidas.*
 bo magni praesules, sed maior ille qui Romanus Afri- c *Euf. 7.*
 canum errorem resciderat, hic nobilitatus obseruan- *hist. 2.*
 tia, qua maiorem est prosequutus amicissimum sui. *interp.*
 Noster Sixtus, cui ad aram solemnibus sacris operanti *Ruff.*
 a, ministrarunt e clero septem uiri. Noster Laurentius a *Prud in*
 huius Archidiaconus b, quem aduersarij de suis factis *hym. de S.*
 eijciunt, quem ante mille ducentos annos vir Consu- *Laurent.*
 laris Prudentius c sic orauit.

Quae sit potestas credita.

Et muneris quantum datum,

Probant Quin itum gaudia,

Quibus rogatus annuis.

Hos inter, o Christi decus,

Adi & Poetam rusticum,

Cordis fatentem crimina

Et facta prodentem, sua.

Audi benignus supplicem

Christi reum Prudentium.

b *Vide*
August.
ser. 1. de S.
Laurent.
Ambr. l.
1. off. c. 41.
l. 2. off. c.
28. Leo
ser. in die
S. Lau.
 c *Prud. in*

Nostrae virgines illae perbeatae a, Cecilia, Agata, *hym. de*
 Anastasia, Barbara, Agnes, Lucia, Dorothea, Catheri- *S. Laur.*
 na, quae decretam pudicitiam aduersus & hominum, a *Met.*
 & daemonum tyannidem firmauerunt. Nostra He- *phrastus.*
 lena quam Dominicae crucis inuentio b celebrauit. *Ambr.*
 Nostra Monica, quae moriens orari & sacrificari *ser. 90.*
 pro se mortua c ad altare Christi religiosissime flagi- *To. 3. &*
 tauit. Nostra Paula d, quae ex urbano palatio, & *lib. 1. de*
 opimis praedijs in speluncam Bethleemiticam tan *Virg. A.*
 tis itineribus peregrina cucurrit, vt ad Christi do. *Tre.*
 vagientis cunabula delitesceret. Nostri Paulus, in mar-

Hila tyr.

b *Ruff. l. 1. c. 6. c. Aug. l. 6. confess. c. 7. vsque ad 11. d Hier. in*
epit. Paul.

a Hier. in cap. script. Hilarion *a*, Antoninus *b*, seniculi solitarij. Noster Satyrus *c*, Ambrosij germanus frater, qui tremendam illam hostiam circum se gestans in orario, naufragus in filijt in Oceanum, & fide plenissimus enatauit. Noster *d* Nicolaus, & Martinus *e* Episcopi, exerciti vigilijs, *p. S. Ant.* ludati cilicijs, ieiunio pasti. Noster Benedictus *f*, tot *c Ambr.* Monachorum pater. Chiliadas istas decennio non *in ora. fu.* exequeretur. Sed nec illos repeto, quos in Ecclesiae *de Satyro* etoribus antè posueram. Memor sum breuitatis meae. *d Ioan. Diacon.* Petat ista qui volet non solum ex abundantia veterum *e Seuer.* historia, sed multò etiam magis ex grauissimis *Sulpit.* auctoribus, qui penè singuli Diuos singulos memorie *Metaph.* reliquerunt. Renunciet mihi de Christianis illis antiquissimis & beatissimis, quid autemet, vtrius doctrinae fuerint. Catholicae, an Lutheranae. Testor Deo *f Greg.* *l. 2. dial.* lium, & illud tribunal ad quod stabo rationum *a Vide* harum & dicti & facti redditurus, aut nullum caelum esse, aut nostrorum esse. Illud execramur, hoc ergo *sex Tomos Suriij* figimus.

Nunc è contrario, si libet, inspiciamus in Tartara *de vita* cremantur incendio sempiterno; qui? Iudaei: quam *Sanct. Dammati.* Ecclesiam aduersati? nostram: qui? Ethnici: quam Ecclesiam *a Matt.* crudelissimè persequuti? nostram: qui? Turci *16. v. 18.* quae templa demoliti? nostra. qui? Haeretici: cuius Ecclesiae *Iudaei.* perduelles? nostra. Quae enim Ecclesia praeter *b Euf. 4.* nostram, omnibus inferorum portis a se opposuit? *bist. 5.* Cum, pulsis Hebraeis, Christiani *b* succrescerent *c Hier. in* Hierosolymis Deum immortalem! qui concursus *epit. Paul.* minum ad loca sacra fuit *c*, quae urbis religio, quae se *in epist. ad* pulchri, quae praesepij, quae crucis, quae monumento- *Marcel.* rum omnium, quibus velut exuij mariti Ecclesia *passim.* sponsa delectatur? Hinc manauit in nos Iudaeorum *in epist.* odium ferum, & implacabile. Quærentur etiam nunc maiores nostros maioribus suis exitio fuisse. A Simone Mago, & Lutheranis nullam ictum acceperunt.

In Ethnicis violentissimi fuere, qui toto Imperio, *Ethnici,*
 trecentis annis, per interualla temporum, ærumnosif-
 fima Christianis supplicia machinati sunt. Quibus
 Patribus & filiis nostræ fidei. Cognoscite vocem Ty-
 ranni qui Diuum Laurentium torruit in craticula.

Hunc esse vestris Ordijis

Moremque & artem proditum est,

Hanc disciplinam fœderis,

Libent vt auro antistites.

Argentis schyphis ferunt,

Fumare sacrum sanguinem,

Auroque nocturnis sacris,

Astare fixos cereos.

Tunc cura summa est fratribus,

(Vt sermo testatur loquax)

Offerre, fundis venditis,

Sessertiorum millia.

Addicta auorum prædia

Fœdis sub auctionibus

Successor exhære, gemit.

Sanctis egens parentibus.

Hæc occuluntur abditis

Ecclesiarum in angulis:

Et summa pietas creditur

Nudare dulces liberos.

Deprôme thesauros, malis

Suadendo quos prestigijs

Exaggeratos obtines,

Nigrante quos claudis specu.

Hos poscit vsus publicus.

Hoc fiscus, hoc ararium,

Vt dedita stipendijs

Ducem inuet pecunia.

Sic dogma vestrum est, audio,

Suum quibusque reddito,

En Cesar agnoscit suum

Prudent

in hym.

de S.

Laur.

Numis.

Numisma, numis inditum.

Quod Caesaris scis, Caesari

Da: nempe iustum postulo,

Ni fallor, haud ullam tuus

Signat Deus pecuniam.

Nec enim veniret, aureos

Secum Philippos detulit,

Præcepta sed verbis dedit

Inanis à marsupio.

Implete dictorum fidem,

Quæ vos per orbem venditis

Nummos libenter reddite,

Estote verbis: diuites.

Quis videretur? In quos furit? Cuius Ecclesie sacra,
lychos, ritus, ornamenta conuellit? Cui patellas au-
reas, & argenteos calices, & sumptuosa donaria, &
opulentam gazam inuider? Profectò Luterizat. Quod
enim aliud velum suo latrocinio nostri Neronis ob-
tenderent, cum depecularentur Ecclesias, & Christi
patrimonium dissiparent? Contra verò Magnus ille
Constantinus *Christomastigōn* terror, quam Ecclesiam

a Gen.

10. v. 9.

a Dam. in

Sylu.

Nice. 1.

7. ca. 33.

Zonaras.

Cedrenus.

b Euf. 1.

2. de vit.

Const. c.

7. 8. 9.

Sozom.

l. 1. c. 8.

9.

c Atha. in

vita S.

Antonij.

tranquillauit? Illam, cui Pontifex Syluester præfuit,
quem in Soracte latitantem accersit, vt eius opera, no-
stro Baptismate tingeretur. Quibus auspicijs victor?
figno b crucis. Qua matre gloriosus? Helena. Quibus se-
Patribus adiunxit? Nicænis. Cuiusmodi? vt Syluestro,
vt Marco, vt Iulio, vt Athanasio, vt Nicolao. Cuius se-
precibus commendauit c? Antonij. Quam sellam po-
stulauit in d synodo? vltimam. O quanto regalior hac
sede, quam qui reges titulum non debitum ambi-
runt? Singula narrare longum est. Sed ex his duo-
bus, altero nobis infestissimo, altero nobis amicissi-
mo, licebit singula conijcere, quæ sunt horum simil-
lima. Etenim vt nostrorum illa fuit Epitasis turbu-
lenta, sic nostrorum hæc euasit diuina Catastrophe.
Turcica videamus: Mahometes, & Sergius a mo-
nachus

d Theop. l. 1. hist. cap. 7.

nachus apostata, in profundo barathro iacent vlulan- *Turco*
 tes, & suis & posterorum sceleribus onusti. Hæc por- a *Zona*
 tentosa, & efferata bellua, Saraceni, Turci, nisi à no- *rus*.
 stris ordinibus militiæ sacræ a, nisi à nostris Princi- a *Vide*
 pibus & populis accisa fuisset ac repressa, per Luthe- *Volate*,
 rum quidem (cui gratias hoc nomine Solymanns *Iouium*,
 Turcus literis egisse dicitur) & per Lutheranos re- *AEmi*
 gulos (quibus Turcorum progressio lætabilis existi- *lium l. 8.*
 matur) hæc inquam, *Erinnys* furiosa, & exitiosa mor- *Blond. l.*
 talibus, totam iam depopularetur & vestaret Euro- *9. de 2.*
 pam, neque indiligentius altaria, & signa crucis, quàm *Hæreti*
 ipse Calvinus euerteret. Ergo nostri hostes illi sunt *ci.*
 proprii, utpote nostrorum industria, à Christianorum a *Clem.*
 iugulis repulsi. *li. 1. re-*

Despectemus in Hæreticos, feces, & folles & ali- *cog.*
 menta gehennæ. Primus occurrit Simon Magus: b *Iren.*
 Quid ille? Eripiebat homini liberam a voluntatem: fo- *l. 1. c. 29.*
 lam Fidem b percrepabat. Mox Nouatianus: Quis An- *c Cyp.*
 tipata Cornelio Pontifici c Romano, hostis Sacra- *epist. ad*
 mentorum Pœnitentiæ & d Chrsimatis. Deinde Ma- *Tubaiana*
 nes Perla: Hic docebat, baptismum salutem. e non con- *li. 4.*
 ferre. Post, Aërianus Arianus: preces damnabat pro *epist. 2.*
 mortuis a, confundebat Episcopis Sacerdotes. Hinc d *Theo.*
 Aërius, solam b, & ipse Fidem personabat cognomi- *dor. de*
 minatus *Atheos* c non minùs quam Lucianus. Sequi- *fab. hæ-*
 tur Vigilantius, qui diuos orari non ferebat: ac loui- *ret.*
 nianus d, qui virginitatem & nuptias æquiparabat: de- *e Au. 4. 6.*
 nique colluuiès vniuersa, Macedonius, Pelagius, Ne- *a Epip.*
 storius, Eutyches, Monothelita, Iconomachi, cæteri, *her. 75.*
 quibus Lutherum & Calvinum posteritas aggrega- *August.*
 bit. Quid isti? omnes mali corui, eodem ouo geniri, ab *her. 53.*
 Ecclesiæ nostræ Præsulibus descuerunt, ab illis eucti b *Aug.*
 & exinaniti sunt. *her. 54.*

Deseramus Auernum, reddamur terris. Quocum- *c. Socr.*
 que me oculis, & cogitatione conuertero, siue Pa- *lib. 2. c. 9.*
 triarchas *18.*
 d *Hier. in Vig. August. her. 82. & Hier. in Ion.*

triarchas intueor, & Sedes Apostolicas: siue Antistites cæterarum gentium: siue laudatos Principes, Reges, Cæsares: siue Christianorum cuiusque nationis initia: siue vllum iudicium verustatis, aut lumen rationis, aut honestatis decus: nostræ Fidei seruiunt & suffragantur omnia.

*Sedes
Apostoli-
cæ.*

*a Aug.
ep. 162.*

*b Vide
Tert. de*

præser.

Aug. l. 2.

de doct.

Christ. c. 8

Disiun-

ctissimæ

terræ.

Hier. in

cat. scri.

Eocl. &

alij.

Testis Romana successio, in qua semper Ecclesia, (ut cum Augustino a loquar) *Apostolicæ Cathedræ viget principatus*: Testes illæ reliquæ Sedes Apostolicæ in quas hoc nomen insignitè conuenit, quod ab ipsis Apostolis horumve auditoribus exædificatæ b fuerint.

Testes vbiuis gentium pastores loco disiti, religione nostra concordēs, Ignatius, & Chrysoſtomus Antiochiæ: Petrus, Alexander, Athanasius, Theophilus, Alexandria: Macarius, & Cyrillus, Hierosolymis: Proclus, Constantinopoli: Gregorius & Basilus, in Capadocia: Thaumaturgus, in Ponto: Smyrna, Polycarpus: Iustinus, Athenis: Dionysius, Corinthi: Gregorius, Niffæ: Methodius, Tyri: Ephreemus in Syria: Cyprianus, Optatus, Augustinus in Africa: Epiphanius in Cypro: Andreas Cretæ: Ambrosius, Paulinus, Gaudenrius, Prosper, Faustus, Vigilus in Italia: Irenæus, Martynus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Gallia: Vincentius, Orosius, Hildeſonius, Leander, Isidorus in Hispania: In Britania, Fugatus, Damianus, Iustus, Mellitus, Beda. Denique ne ambitiosus videar in nominibus, quæcunque vel opera, vel fragmenta supersunt eorum qui disiectissimis terris Euangelium seuerunt, omnia nobis vnâ Fidem exhibent, quam hodie, Catholici profiteamur. Christe, quid causæ tibi afferam, quod minùs me de tuis extermines, si tot luminibus Ecclesiæ, tenebricosos homines, paucos indoctos, disiectos, improbos, anteculero?

*Princi-
pes.*

Testes item Principes, Reges, Cæsares, horumque Respub-

Respublicæ, quorum & ipsorum pietas, & ditionum
 populi, & pacis, bellique disciplina, se penitus in hac
 nostra doctrina Catholica fundauerunt. Hic ergo
 quos ab Oriente Theodosios, quos ab Occidente Ca- *Vide*
 rolos, quos Edouardos ex Anglia, Ludouicos è Gal- *sex. To.*
 lia, Hermingildos ex Hispania, Henricos è Saxonia, *Surij de*
 Vvenceslaos è Boëmia, Leopoldos ex Austria. Stepha- *Sanct.*
 nos ex Hungaria, Iosaphatos ex India, quos orbe toto
 dinastas, atque toparchas possim arcessere: qui exem-
 plo, qui armis, qui legibus, qui sollicitudine qui sum-
 ptu, nostram Ecclesiam nutrierunt? Sic enim præci-
 nuit Isaias: *Erunt Reges nutricij tui, & Reginae nutrices tue.* *Isa. 49.*
 Audi Elizabetha, Regina potentissima: tibi canit, te *v. 23.*
 tuas partes edocet. Narro tibi: Calvinū & hos Princi-
 pes vnū cœlū capere nō potest. His ergo te Principibus
 adiunge, dignā maioribus, dignā ingenio, dignā lite-
 ris, dignā laudibus, dignam fortuna tua. Solūm hoc de
 te molior ego, & moliar, quicquid me fiet, cui tan-
 quā hosti capitis tui, toties iam isti patibulum omi-
 nantur. Salue bona crux. Veniet Elizabetha, dies ille,
 ille dies, qui tibi liquido commonstrabit, vtri te dile-
 xerint, Societas Iesu, an Lutheri progenies. Pergo.

Testes iam omnes oræ plagæque mundi, quibus *Nationes*
 Evangelica tuba post Christum natum insonuit. Pa- *ad Chri-*
 rūmne hoc fuit, Idolis ora claudere, Dei regnum gen- *stum tra-*
 tibus importare? Christum Lutherus, Catholici Chri- *ductæ.*
 stum loquimur. Num diuisus est Christus? minimè. *1. Cor. 1.*
 aut nos, aut ille falsum Christum loquimur: Quid er- *v. 13.*
 go? Dicam. Christus ille sit, & illorum sit, quo Dagon *1. Reg 5.*
 inuecto ceruices fregerit. Noster Christus opera no- *v. 4.*
 strorum vti voluit, cū Ioues, Mercurios, Dianas,
 Phœbades, & illam noctem sæculorum atram, Ere-
 bumque tristem, è tot populorum cordibus relegaret.
 Non est otium longinqua perquirere: Finitima tan-
 tum, atque domestica speculemur. Hiberni ex Patri-
 tio, Scoti ex Palladio, Angli ex Augustino, Romæ
 sacratis,

sacris, Roma missis, Romam venerantibus Fidem, aut nullam, aut certè nostram, id est, Catholicam infuxerunt. Res aperta. Curro.

*Cumulus
testium.*

Testes Academiae, testes legum tabulae, testes vernaculi mores hominum, testes electio Caesarum, & inauguratio, testes regum ritus & inunctio, testes equitum ordines, ipsaque chlamydes, testes funestrae, testes numi, testes urbanae portae domusque ciuica, testes aurum fructus, & vita, testes res omnes, & reculae, nullam in orbe religionem nostram, imis vnquam radicibus insedisse.

Quae mihi cum suppeterent, & certè sic afflicte meditantem, vt his omnibus nuncium remittere Christianis, & consociari cum perditissimis quibusque, videretur insolentis insaniae: non diffiteor animatus sum & incensus ad conflictum, in quo nisi Diui de caelo deturbentur, & superbus Lucifer caelum recuperet, cadere nunquam potero. Quod mihi sit æquior Charcus: qui me tam immaniter concepit, si hanc animulam peccatricem, quam tanti Christus emit viae rutae, viae certae, viae regiae malui credere quam Caluini scopulis dumetisve suspendere.

CONCLUSIO.

Habetis à me, florentes Academici, hoc munusculum, contextum operis in itinere subcisui. Animus fuit & purgare me vobis de arrogantia, & satisfacere de fiducia, & interim dum ab aduersarijs vna mecum ad scholas inuitemini, quaedam apponere degustanda. Si æquum, si tutum, si honestum ducitis, haberi Lutherum, aut Calvinum, Canonem Scripturae, Mentem Sancti Spiritus, Normam Ecclesiae, Conciliorum, Patrumque Paedagogum, omnium denique

ACADEMICIS.

275

denique testium & sæculorum Deum, nihil est quod sperem, vobis lectoribus vel auditoribus. Sin estis isti, quos apud animum formavi meum, Philosophi, oculati, amatores veri, simplicitatis, modestiæ: hostes temeritatis, nugarum, sophismatum facile diem in aprico videbitis, qui dieculam angusta rima dispicitis. Dicam liberè, quos meus in vos amor, & vestrum periculum, & rei magnitudo postulat. Non hoc nescit Diabolus, vos istam lucem, si quando caperitis oculos attollere, conspecturos. Cuius enim stuporis fuerit, antiquitati Christianæ Hammeros & Charcos antepone? Sed sunt quædam illecebræ Lutheranae, quibus suum ille regnum amplificat, quibus ille tendiculis hamatus multos iam vestri ordinis inescavit. Quænam? Aurum, gloria, deliciae, vœneres. Contemnite. Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum ilia, canorus aër, popina vermium, bella sterquilinia? spernite. Christus dives est, qui vos alet. Rex est, qui ornabit: Lautus est, qui satiabit: Speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur. Huic vos adscribite militanti, ut cum eo triumphos, verè doctissimi, vereque clarissimi reportetis. Valere.

Cosmopoli. 1581.

F I N I S



f 2

NARRA.



NARRATIO
DE MORTE,
 QUAM IN ANGLIA PRO
 FIDE ROMANE CATHOLICAE
 Edmundus Campianus Societa-
 tis I E S V Pater alijq; duo con-
 stanter oppetierunt, ex Itali-
 co sermone facta
 Latina

à

ROBERTO TURNERO
*Catholico lectori, maximè fideli in
 Anglia afflicto.*

CVM ex verbis, quasi medijs tenebris eorum,
 qui effreni quadam audacia conantur religio-
 nis sanctitates omnes perfringere, emicer ve-
 ritatis quædam lux, nostramque imbecillita-
 tem sustineat, ne procliuius labatur in errores, quibus
 multorum hodie acies perfringuntur, aut verius he-
 betantur: facile videtis (Charissimi in Christo) non
 solum

solùm quàm verè dixerat Propheta, dies diei eructat
 verbum, & nox nocti indicat scientiam: sed etiam
 quàm aptè perstrinxerat Cyprianus perinsignem stu-
 porem illorum: qui nec cogitant, nec intelligunt, men-
 dacium diu non posse fallere: nam cum perditionis
 filiorum pater Calvinus, proiecta quadam audacia
 deriuet in Catholicos inuidiam religionis contem-
 ptæ, quòd fidem suam sanguine nolint vnquam con-
 signare; Deus ad hanc refellendam contumeliam su-
 pra illa examina Martyrum, qui in nati Euangelij
 quodam crepusculo vestram fidem, quasi legem, san-
 guine suo sanxerant, voluit quoque his extremis tem-
 poribus enitere veritatis rationem in morte Patris Ed-
 mundi, suorumque sociorum constanter appetita pro
 illa fide quam vos tenetis: cuius lectione lenietis desi-
 derium, quod vobis excito aureoli libelli paulò post
 adendi, qui diuine vberique filo explicabit non solum
 genera crudelitatum, quibus, intra decem & octo an-
 norum cancellos, hæretici sæuierunt in Catholicos
 plurimis, maximis; sed etiam exempla pietatis, con-
 stantiæ, roboris, quæ ex medijs Catholici gregis affli-
 cti procellis excitauit rarissima & excellentissima, ad
 consolationem Ecclesiæ suæ, atque ad eorum; qui Ec-
 clesiam oppugnant, insigne probrum: qui nunquam
 putârunt, fore, vt tanta in Catholicis luceret constan-
 tia, obliti illius vocis, quam miserat Iesus Christus, si
 tacerent homines, locutus es petras. Deus noster vobis au-
 gerat indies constantiam ad harum vexationum & per-
 ferendas molestias, & superandas procellas.

*Hereticè
 nunquam
 credide-
 runt tan-
 tam fore
 Catholi-
 corum
 constan-
 tiam.*

Georgius Eliottus (qui Thomæ prius Roppero,
 fac paucis post mensibus viduæ Gulielmi Peë
 ters, regis quondam à secretis, in rebus domesti-
 cis nauabat operam) mentitus longo tempore Catho-
 licum, alieno tandem sanguine crudeliter se perleue-
 rat: timor mortis sceleri propositæ fecit, vt se traderet
 in clientelam cuidam magnæ authoritatis viro: in

cuius se pectus vt insinuaret alius, promittit, fore sua opera, vt Edmundus Campianus Societatis Iesu Pater illi in potestatem veniret: placebat negotium mirifice adiungitur ergo socius ex genere hominum mirè vafro, qui edicta regia adunt in vulgus: vt res nectatur securius, & huic & illi fit potestas à regina capiendi Campianum, vt totum geratur authoritate publica liberius: promissa sunt larga, vt animi sint magni in re tanti fructus. spe illi & dolo pleni ingrediuntur viam, veniunt in Barkensem prouinciam: diuertunt ad Yates nobilem inter cocum & hunc Georgiū (vni enim hero vterq; antea seruiertant seruitutem liberalem) post complexum & dexteram, sermo tandem (vt in primo congressu res feritur ex re) de multis & varijs fit multus & varius: inter reliqua coco nihil suspicanti doli exciderat de Patre Campiano id temporis præsente. Georgius ipso punctulo summittit socium, qui hoc indicaret præfecto loci, egregiè Calvinizanti: ipse interea falsa specie religionis & amicitia consequitur, vt tantamquam ludas, surrepat in missam & concionem, quantum illam procurabat, hanc habebat P. Campianus in illa verba, *Ierusalem, Ierusalem. quoties volui congregare filios tuos, &c.* in media concione accurrit boni animi vir, monetque alta voce demostricos, caueant à Iuda: finita concione, vix se receperant, in suam quisque domum, & eccum tibi præsto Præfectum cum manu, cuius maximam partem locarat circum ædes, ne quis pateret fugæ locus: perquiruntur anguli, latebræ exquisitissima diligentia: dum Pater vel timetur elapsus, vel non speratur capiendus, discessum fuisset, nisi Georgius suggessisset de angulo ædium tenebricoso & perrecondito, quem vel à coco, vel ab alio nescio quo inaudierat: obseruant hæretici angulum, in hoc angulo tres latebant Sacerdotes, Campianus, Colingtonus, Furdus: cum intelligeret prope esse, vt comprehendantur; posita corporis & discriminis cura, faciunt suarum cogi-

*Aggredi-
tur simu-
latè ipsa
res eum
capiundi.*

cogitationum summam, ac conscientiam dolore, con-
 fessioneque piant: tres illam vram pœnam sibi inui-
 cem imponunt, vt pleni charitatis recitent ter, *Fiat vo-* *Ardens*
luntas tua: quasi toti diuina in voluntate defixi nihil la- *zelus*
 borarent, quid corpore fieret, & carne. Campianus *Campianus*
 ardens charitate sæpè se voluit obijcere his quasi Iu *præ cete-*
 dæis, atque vsurpare illud sui Christi, *quem queritis: ve-*
 rùm duo alij pugnant, vt se seruaret, non exponeret *ris iam*
 periculo ex illo pendere salutem & periculum mul- *capienti.*
 torum: ratio & charitas fratrum calorem eius diui-
 num iam iam erupturum tenuit intra lineam: quare
 soluti cura se componunt in singulis lectis singuli, ac
 supini, manibusque in cælum sublatis expetunt, ex-
 pectant voluntatem Dei: voluntas Dei fuit, vt aduer-
 sarij irruentes occuparent eos supinos, ac mente for-
 maque corporis, cœlum rogantes pro terra, pro pugnis
 coronam: eruuntur viri Dei ex cauernis, quasi anti-
 qua tyrannide Petri & Pauli in itinere: quid hæreti-
 ci aut serio triumphent de re, aut scurriliter ludant in
 Sacerdotes, laicosque nobiles, nihil tangam, tangam
 tantum, quæ sunt carceris: itineris tamen duo fuerunt
 singularia. Londinum itur per Abingtoniam, quæ
 proxime abest ab Academia Oxoniensi: in hac Acade-
 mia ita floruit olim Campianus laude Philosophiæ
 atque eloquentiæ: vt vel amore, vel fama illecti multi
 Academici huc frequentes confluerint ad Patrem
 transeuntem vel videndum, vel amandum: id cum bo-
 nus Pater intellexerat. in sinu gaudebat aliquam in iu-
 uenibus adhuc restare bonæ mentis scintillam, quasi
 fidei Catholicæ semen: furridet etiam, ac suauiter mo-
 desteque rogat, num velint eum audire concionan-
 tem: alterum itineris singulare id erat: quodd Pater in-
 grediebatur Londinum, quasi Cæsar, ouans in equo,
 frequentissimo populo; suoque capite præferebat ma-
 iusculis literis notatum eïogium illud, *Iesuita seditiosus.*
 f 4 Londi-

Elogium seu titulus capite præferens R. P. Camp. Londini est platea longe celeberrima, quam vulgus dicit Cheepside: in hac est crux summi pretij, summæ artis, auro argentoque pellucens, pretium & ars fecerunt ne hæretici in hoc Christianæ fidei trophæum hæctenus seuierint: bonus Pater dum transit, salutæ crucem, nutuque decernit honorem, quem Catholici solent tanti triumpho tanto monumento. frendent hæretici, triumphant Catholici de constantia, ventum est ad catcerem, Pater dum traditur in custodiam arcis Londinensis, conuersus, lictoribus, qui duxerant & grauissimè violarant, dixit summa & vultus placibilitate, & altitudine animi, ægerrimè sibi esse, potius de vitæ morumque tenebris in quibus versabantur illi: quam de iniurijs maximis, aut itineris præteritis, aut carceris futuris: prauiderat enim Pater, quantæ mox iniuriæ quanto animo sibi essent deuorandæ, victus, squaloris, calumniarum: in quibus grauis calumnia erat rumoris falsi, fluentis primò à præfeto arcis Londinensis, ac per publicos dein crucis Paulinae sermones, quasi canales derivati in vulgus, Patrem scilicet Campianum Catholicæ religioni nuntium remisit: tentatus sapius fuit eius animus verbo, vultu, promisso, varioque stratagemate, vt paululum modo remitteret de suæ conscientia lege in religionis rebus, si non illis grauioribus, certè his leuiculis si qua tamen res in religionis causa possit esse leuicula, verùm ille, tanquam petra, nixus Christo, Catholici militis locum constantia & animi magnitudine ita tuebatur, vt ostenderit ciuitatem, quæ latet in tutela & subsidio Dei, potius debere oppugnari à multis, quàm posse expugnari ab vllis: in verbis postquam viderant nihil esse illecebrarum ad eum pelliciendum, quæstionum longè exquisitissimarum adhibent vim in medijs tormentis isthac imprimis conantur elicere à quot & quibus erat receptus tecto, quam multos & quos ad Romanæ Ecclesiæ communionem aggregarat, quam horum

Animus R. P. Camp. erga suos hostes benignus.

Rumor de P. Campiano falso.

rum irretiendorum persecutus erat viam, cum quibus
 versatus est familiarius & secretius: premebant vehe-
 menter de libro, quo pugnarat bonus Pater, & euice-
 rat, non esse adharendum hæresi vbi impressus, cuius
 auxilio & consilio scriptus, à quo disseminatus in vul-
 gus: denique si quos norat, qui de hoc libro tantulum
 norant: vehementes etiam fuerat, & multi in senten-
 tia excommunicationis quam sanctæ memoriæ Pius
 V. tulerat contra reginam Angliæ ad hæc omnia vnum
 erat & simplex responsum, se misisse ad duos nobiles,
 ad Ricardsonum, librum; ad Poundum libri capita
 quam rem liberè libenterque fassus est, quòd explora-
 tè cognosceret tantum esse humani roboris, & diuinæ
 gratiæ in his viris ad refellendam omnem aduersa-
 riorum petulantiam, vt statuerit planè ex hac confes-
 sione nihil potuisse manare aut ad hæreticos malos
 boni; aut ad Catholicos bonos mañ: dum Pater cum *In tor-*
 his tormentis conflictatur, quicquid vel artis, vel astus *mentis*
 excogitari potest ad animos aliorum siue percellen- *suis nihil*
 dos, siue indagandos, id totum adhibent: interrogant, *non ad*
 obseruant, inculcant eandem rem moleste, vultus vo- *percellen-*
 cesque aucupantur: si qua forte litera aut syllaba ex *dos ani-*
 quoquam fluat: quæ possit leuissimo quodam ratio- *mos in-*
 nis aut coniecturæ odore intorqueri in damnum aut *tentatum*
 accusationem cuiusquam Catholici nobilis, mirum *relin-*
 est, quanta erat lætitia, triumphus quantus: hanc mox *quunt.*
 syllabam ædunt in vulgus, & vna spargunt, eam à Pa-
 tre Campiano fuisse in quæstione expressam: in quo
 fallendi mentiendique genere ita nullam habuerunt
 suæ frontis rationem, vt ex ijs, quos regina in secretio-
 rum cogitationum societatem asciscit primos, vnus
 non infimus equiti aurato (quem religionis ergò in-
 clusum in carcerem volebant irretire si non legis la-
 queo, laquei certè specie) summa asseueratione confir-
 mârît Patrem Campianum in quæstione aperuisse de
 illo, qualia & quanta non cogitârît: id quoque ad inui-
 diam

diam attēxit huius sectæ homulos nihil laborans, quibus maculis inspergant conscientiam, fidem, famam suam; dum quo toto corpore connituntur, eoque quacunq̄ ratione ascendant: verum bonus eques fretus, quā suorum rectē factorum conscientia, quā constantia illius cœlestis athleticis, his se mendaciorum fraudumq̄ pedicis & laqueis facilē expediuit: mendacio tamen ficto à malis, sparso à magnis obtinuerunt aduersarij, vt populum imbuerit opinio penē certam quinquam primæ nobilitatis virum à Campiano fuisse proditum: credidit magnæ notæ Catholicus, ac mihi tanquam rem non ex populi triuijs, sed magnorum virorum sermonibus haustam narrauit, inter eos, quos regina habet secretiorum consiliorum participes, certam iam fuisse & orationem, & scientiam omnium consiliorum, quæ de grauissimis rebus reconditissima aperuit Campianus in quæstione: quanquam non multò pōst suam idem mihi perstrinxerat & fidem in rebus falsissimis præcipitem, & mentem in aduersarij dolis non satis perspicacem: imò tam fuerunt aduersarij in mentiēdo impudentes, in spargendo subdoli, vt hic error fuerit non illius tantum nobilitatis, se plurimorum Catholicorum, planè opinantium, patris culpa factum fuisse, vt D. de Vaulx primæ nobilitatis Baro, Thomas Tressamus, & Gulielmus Latsbens equites aurati traderentur in custodiam: vnde bonæ mentis, optimæq̄ fidei Pater subierat inuidiam non solum læsæ Reipub. apud hæreticos, sed etiam violatæ fidei apud Catholicos, qua causa Thomam POUNDUM nobilem sanguine, nobilem confessione: fidei (decem enim annorum carcerē passus est religionis in causa) impulerat, vt Patrem permulceret sanctarum literarum pia consolatione, moneretque in deuorandis iniurijs, tanquam Christi confessor, partes sumat constantiæ, deponat imbecillitatis: addit rumorem esse de imbelli animo quē in quæstione præ se tulit; rogat, verine sint rumo-

*Falsa accusatus
inuidiam
subijt læsæ
reip. hæret.
fidei
Christiane.*

rumores, qui de illius fide & imbecillitate, magnis authoribus, æditi sunt in vulgus: in mittendis literis deuincit sibi Poundus fidem vnius è grege stipatorum largitione quatuor aureorum Angelottorum: si probet fidem, lautius præmium promittit: is cui literæ datæ sunt ad Campianum, consiliū aperit, & literas obijcit præfecto artis, præfectus vel mente sua, vel instinctu alieno Patri facit copiam literarum, omniaq; dissimulat de ijs, quasi nec lectis, nec cognitis: ad hæc à Patre id erat breuiusculi responsi, nullum quamuis exquisitissimum tormentum, nedum funem expressurum à se vocem quæ facit ad Ecclesiam Christi violandam: hæc responsio illos ex intimo reginæ cōsilio pupugit, dum suspicantur aliquid adhuc latere reconditoris mysterij de Reipub. summa nec queunt statuere (etsi statuant omnia) quam eius eruendi persequantur viam: verum cum videant se mulcendo, minando ne hilum proficere, illa extrema erat cogitatio, vt quem non possent torquendo frangere, eum disputando contentur vexare: in quo genere aduerter rationem, qualem nulli antiquorum Martyrum carnifices aut vsurpârint tam *P. Campianum* crudelem, aut inierint tam subdolam: illi enim retro *iam tor-* astæ atatis tyranni, Dei confessores primò disputatio- *mentis* nibus, pœnis deinde aggressi sunt: at hi, conuerso quasi *exhaustū* tyrannidis orbe, hunc Patrem exercent prius pœnis, ac *Disputa-* fractum iam penèq; exanimem, in scholasticum hunc *tionibus* puluerem & solem eliciunt: in maxima tyrannide ma- *conantur* xima hic fuit tyrannorum fraus, statuendum in corpo- *vincere* ris iam penè fracti & obriti debilitate ita animum *sed fru-* languere, ita hebescere ingenium, ita fluere memo- *stra.* riam, omnem denique hominis partem, quasi incisis *fra.* neruis, ita ineptam esse ad functionem, vt ab illo non tam imbelli, quàm imbecilli facile sperarint victoriã: verum Deus, qui se suis promissit in his angustijs nunquam defuturum, eam suo siue confessori constantiam, siue athletæ fortitudinem instillauit è cœlo;

vt ex aduersarijs illi, qui nihil habebant frontis, nimis se multum habuisse putarint, quòd ausi fuerant con-
gredi: agnosco Dei beneficium, quòd me passus est
fructuosè, sed difficulter irrepere in turrim, & qua
gesta, dicta erant omnia, videre, audire: nam maxi-
mum ruli & voluptatis & utilitatis fructum, quòd au-
dierim perinsignem Christi Confessorem Campia-
num omnes aduersariorum captiunculas ita expli-
cantem, refellentem; vt à quouis nec explicari facilis,
nec feliciùs refelli posse viderentur: eius modestia &
patientia in aduersariorum iniurijs, iocis, irrisionibus
concoquendis tam nituit singularis, vt ex aduersarijs
plurimi, cuius religionem oderant capitaliter, eius
virtutem amârint ardenrer: de iocis perferendis nihil
est: in pœnis corporis vel subeundis, vel perferendis
Angelus est: nam dum venit ad locum quæstionis, non
flet, sed orat; non queritur, sed præ foribus nixus ge-
nibus è cœlo veniã petit peccatis, patientiam tormētis,
constantiam factis, aduersarijs gratiam: nulla illi pœ-
na aut impendens timore, aut præsens dolore men-
tem eripuit liberam, quæ solet esse Sanctorum: vt vi-
deatis, videte virum Dei etiam lepidum in miseria ex-
trema: cum tormenti vis illi eripuisset omnem mem-
brorum non solum sensum, sed vsum iocatur se Ele-
phantem esse: quid ita tritum est. Elephantem iam
stratum humi habere membra, quibus se volûter non
habere quibus se erigat, ita Campiano in omnibus
membris nullum fuisse membrum, quo posset vri
cùm manuum operam potuisset adhibere ad cibum,
ridet se simiam esse, quasi imitatione ioculari menti-
tus potius vsum manuum, quàm adhibens ad neces-
sitate: multa sunt huius generis, sed mitto, vt sequar fi-
lum disputationis: extrahebatur disputatio in quarrum
vsque diem, eo ordine, vt repetita bis, ante prandium
ab hora decima quinta in decimam octauam, post
prandium à vigesima prima desinat in vigesimam ter-
tiam:

*In omni-
bus tor-
mentis
P. Cam-
pianus se
Elephan-
tem dicit
& quare.*

tiam: iniquissima fuit illa aduersariorum pactio cum Ordo di-
 Patre, vt illorum nunquam doctrinam tentaret inter- sputatio-
 rogando, sed respondendo semper sustineret ineptias: nis inter
 à parte hæretica erant Decanus S. Pauli Londinensis Camp. &
 Doctor Daius, Beélus, & Vittakerus, qui id temporis heret.
 contra Campiani librum paruriebat nescio quid li-
 belli, & non multo post ædebat: quacunque inspicis,
 ignorantia & superbia maculis inspersum: à parte
 Catholica stabant Sheruinus, Bosgrauius, Campianus,
 aliique Sacerdotes; quanquam loquendi & respon-
 dendi partes Campiano & Scheruino erant solis sepo-
 sita: ex his, quæ inter disputandum interuenerant,
 vnum secernam aut alterum, vt de reliquis commo-
 diùs faciatis coniecturam. Pater Campianus semel
 perstrinxit hæreticos quasi cor rumpentes Scripturæ
 locum, quem citabant hæretici ipso punctulo refe-
 runt ad Græcum contextum: cum Pater negaret se
 Græcum librum velle, quod sciebat eos etiam obtru-
 dere corruptum, cachinnus erat & conuitium in eum,
 quasi rudem & infantem in Græcis literis: quare ad
 Patrem, vt sperant, perdendum, audiente populo ri-
 dent, irrident, & triumphi specie ingeminant illam
 suam in Monachos tritam vocem, Græcum est, non
 legitur: hanc contumeliam fert non ægrè, dissimulat
 prudenter, & quod itatueret suam linguæ vel scien-
 tiam vel ignorantiam nihil decerpere de bonitate cau-
 sa, & quod aucuparetur commodiorem huius petu-
 lantia refellendæ occasionem, non multò post disce-
 ptatio erat de loco S. Basilij hæretici persuasissimum
 habentes Campianum nihil scire Græcè obtrudunt
 Basilium Græcum, ac impudenter prouocant, vt legat
 ille vocis vultusque suauitate qua solebat omnia, cœ-
 pit primum altè legere, ac verba deinde Græca verbis
 Anglicis fideliter explicare: finit, & illam vnam sen-
 tentiam subnectit, illorum impudentiæ suæ molestiæ
 testem, vos mihi posthac cito testes, me callere Græcè,
 pugna-

Hæretici impudenter obijciunt pugnatur postea acerrimè, quæ fuerat Lutheri sententia de epistola S. Iacobi, quam ille & impiè appellauit stramineam, & impudenter negauit Catholicam cum in libris quos hæretici curarunt subiiciendos (vtuntur enim Angli operibus Lutheri mutatis, emendatis, Græcum purgatis) reperiretur nihil, quod huc faceret; vix credas, quantam ædiderant latitiæ & triumphispeciem cum, Campianus responderet vere, recentes nouarum sectarum asseclas in Luthero & Caluino pleraque mutasse, reseculisse plurima (quibus suam sectam sentiebant premi) in huius orationis fidem conferendos libros, quos primos Lutherus ædiderat in Germania; rident eum hæretici, quasi malæ causæ bonum subsidium expectantem inde ex Germania: hic finis est primæ disputationis: in qua etfi Pater & respondendo doctissimus, & patièdo religiosissimus partes egregiè sustinuerit; hæretici tamen totam disputationis laudem deriuarunt in Sheruinum, more Phariseorum, qui Ioanni affigebant nomen Messiaë, non quod Ioanni vellent optima, sed quod Christo cuperent pessima: non hoc dico, vt quicquid decerpam de Sheruini laude (dederat enim documentum docti hominis, & in plurimis literis optimè versati) sed vt aperiam hæreticorum summam inuidiam erga summum Patrem, qui illorum causam ita obtriuera, vt statuerint nunquam post hac Iesuitam vocare aut prouocare in palæstram: reliquarum disputationum nihil persequar, quod putem omnia omnium sermonibus celebratissima peruenisse iam diu ad vestras aures: postquam hæretici viderant omnem sibi viam hætenus tentatam effluxisse sine fructu, vt ædant terribilis crudelitatis tragicum exemplum, conspirant in innocentium mortem: in summa crudelitate videte summam fraudem: nam etfi hæc, populum imbuerè religione, Sacerdotes, quasi semen, spargere per Angliam, excipere confessionem eorum, qui redierunt in gratiam cum Ecclesia, obire

Hæretici Phariseis optimè conferuntur.

Hæretici nihil proficientes, in innocentium motem conspirant.

obire sacra Missæ solennia, aliaque huius generis, veluti læsæ maiestatis notæ, capite iam sanciantur apud Anglos: tamen istis hæc communia non placuit obijcere, partim timore, quod religionis Catholicæ quadem quasi herba succrescente indies apud Anglos, talis accusatio cœperat habere odium; partim invidia, quod sperabant in nulla religionis mentione nullam apparituram martyrij coronam: commune ergo consilium erat, litem intendere perduellionis, quod grandem pecuniam millium librarum Anglicarum, id est, nonagies plus minus millium aureorum solarium sum miserant in Hyberniam ad Nicolaum Sanderum, & eos, qui arma in Hybernia cœperant contra regnam: hoc mendacio vt barbaræ immanitati inducant perpulchram boni communis speciem atque vt eos vocent in invidiam apud populum, quod tam prolixa erant voluntate in hostes patriæ: quæ accusatio etsi paritura videbatur odium omnibus apud omnes, & apud Catholicos Patri imprimis Campiano, quod rem erat aggressus planè alienam à sua professione: tamen illis, qui aliquem modo habebant salem, fabula videbatur nullius probabilitatis: nam vt omni largitione omnes testes corrumperentur, nullo tamen modo poterat effici, vt circumstantiæ, quas Anglicanæ leges præscribunt, lucerent, quo scilicet in loco tam grandis pecunia erat collecta, à quo recepta, per quem summissa in Hyberniam, qui ciues capite censebantur, quo edicto, qua ratione, quare cum videant se in hac latebra non posse delitescere accusant quod Romæ & Rhemis in Campania cæperant consilium reginæ extinguendæ, quodd externos principes inuitarant ad regnum occupandum, denique quodd statuerant populum, subiectis flammis, excitare ad seditionem: fuit hæc accusatio vt tectior ad fraudem, sic in speciem periculosior, vtpote quæ non aduersarios modo (qui aliquid semper suspicabantur

*Parantur
lites ad
conflan-
dum odiū
apud om-
nes.*

sub.

*P. Camp.
& reli-
qui Sa-
cerd. qua-
si per
duellio-
nis Rei
tribunali
sistuntur.*

subesse fraudis) sed etiam familiares, quibus horum erat perspectissima innocentia, planè perculerat, ne si verbo, facto, signo, studium præ se ferunt & amorem, eiusque sceleris incurrerent suspicionem, decimo ergo quarto die Nouembris, Christi confessores in aula Westmonasteriensi sistuntur tribunali, Edmundus Campianus, Rodolphus Sheruinus, Lucas Chirbeus, Iacobus Bosgrauus, Cottamus, Ionsonus, Ortonus & ex altero carcere Edoardus Rystonus. Ortonus solus erat Laicus, sed magni zeli; reliqui sanctissimæ vitæ Sacerdotes: in quibus Bosgrauus & Cottamus singulari quadam amoris significatione ostendebant semper se in societatis lesu nutu & potestate esse: instituto deinde moreque maiorum censentur suis quisque nomine: respondentibus legitur alta voce totius accusationis concepta forma, quam Angli vocant *Enditement*, his actis, iubentur Campianus & reliqui forma iudicij stata manus erigere: erigunt reliqui, & & purgant se de obiectis criminibus, eo quisque ordine quo appellati responderant: verum Campiano ita brachia luxârant, vsûmque omnem ademerant carnifices, ut quod vellent, non posset: quare socius qui altat vnus, reijcit manicam, ac manum (quam poenæ profunde Christi susceptæ non tam fregerant, quam consecrârant) honore prius osculi reuerenter dignatur, ac deinde quam potest altissimè tollit, simulque alta liberaque voce se & suos pronunciat innocentes Campianus præter reliquos citabat testes Deum, Angelos, coelum, terram; mundum denique & cui sistebatur tribunal (quod tribunalis illius terribilis post mortem futuri speciem representabat) se immunem esse ab omni crimine vel perduellionis in reginam, vel coniurationis in Rempub. nihilque eorum, quæ obijcebantur, eam speciem habere, ut ijs Iudices vllum colorem possint inducere, ad se condemnandum: subne-
stebant voce hominis & liberi libera, & Christiani zelo.

*P. Camp.
se immu-
nem omni
crimine
coram
omnibus
protesta-
tur.*

DE MORTE R. P. CAMPIANI. 289

zelosa: quid? in hac vrbs amplitudine, in hoc regni
 flore posse seponi duodecim viros ita nullius vel
 frontis vel conscientia, qui his criminibus condem-
 nent nos, quos hodie primùm potiùs viderint, quam
 norint? singuli dein' rogantur seorsim, cuius iudicio
 velint stare, communi huic interrogationi in re capi-
 tis communis illa solet esse responsio apud Anglos, se
 stare iudicio Dei & patriæ: respondent hoc pro more,
 suo quisque ordine fuit zeli quod huic responsionì
 subiungebant Sheruinus, agi verè causam seruatae reli-
 gionis, falsò obtendi velum, læsæ maiestatis: id loqui
 terram, videri cœlum, vincere rationem: finitur: accu-
 sati reducuntur in carceres: altero post die sistuntur
 Ioannes Colintonus, Laurentius Richardsonus, Ioan-
 nes Hartus, Thomas Furdus, Guihelmus Filbeus,
 Alexander Briantus, Ioannes Shertus Sacerdotes: ea-
 dem innocentibus obijciuntur crimina, eadem omni-
 nò iudicij forma: vicesimo dein' Nouembris, Pater
 Campianus, omnesque, qui cum illo antè stiterant,
 euocantur denuò ad tribunal: nominatim singuli ap-
 pellantur, respondent, accusantur, purgant, eodem pla-
 nè modo, quo supra: producantur testes Crodocus,
 Sledæus, Georgius Eliottus, Mundæus, Hilleus: homi-
 nes planè ex face, quos & natura finxerat ad menda-
 cium, & consuetudo erudierat ad impudentiam, qui
 innocentissimorum virorum frontem & orationem
 audebant sustinere in nulla veritatis specie. Crodocus
 obijcit, quendam Anglum officij causa inuisisse eum
 Romæ in carcere, & ad consolationem subnexuisse,
 non tam debere esse dolori, quòd carcerem subeat
 apud externos, quàm gaudio quòd longissimè absit à
 patria, quæ non multò post, excitatis tumultuum pro-
 cellis, multo multorum sanguine miserè funestare-
 tur: mentitur Eliottus sacerdotem quendam Paynum,
 qui id temporis arcis Londinensis custodia tenebatur,
 aperuisse

*Sistitur
 denuò P.
 Camp. tri-
 bunali
 cum reli-
 quis, &
 produ-
 cuntur
 falsite-
 stes.*

aperuisse illi consilia Catholicorum coniurantium in reginam hac forma; vt quinquaginta milites occultis armistecti cum sclopiis aggredierentur eam, cum esset in aucupio voluptatis (solenne enim est regibus Angliæ, vt ad voluptatem singulis annis vnâ regni partem obeant,) ac cum comite Lecestrensi thesaurario regni, & qui est à literis, Valsingamo trucidarent: vt res autem vel minori periculo, vel maiori spe conficeretur, quendam primæ nobilitatis virum susceptum, qui alta voce succlamaret, viuat regina Maria; nomen tamen principis viri nulla se arte potuisse à Sacerdote eruere: nihil mirum, si non possit nomen eruere viri, qui fingebatur magnus, erat nullus; in re, quæ erat tam perspicuè falsa, quam impudenter confirmata. Sledaus, quo erat candore, publicè confitetur se Rhemis egregiè fuisse hypocritam, & Catholici benè sanctuli induisse laruam, vt faciliùs possit expiscari mores, ingenia, consilia omnium, de quibus promittebat volumina. Mundæus (vt rem conferam in pauca) narrat monstra multa, paucis dixerant, & cum vestigio duodecim viri nominatim appellati iubentur exquirere, quid æqui, quid iniqui: in more est apud Anglos, vt duodecim bonæ famæ viri secreti ex plebe, causam capitis exigant ad normam, ac, rationibus vtriusque partis æquo librili perpensis, accusatos declarent suis verbis gyltie, aut non gyltie: id est, nocentes aut innocentes: hi in hac causa non secreti ad iustitiam, sed ad fraudem corrupti: post auditam hinc accusationem, inde purgationem, iubentur finita die sistere, ac respondere suam mentem: ex illis tres tenellæ (vt videtur) conscientia, simulatis causis, declinant statum diem, tanquam scopulum periculosum, apud quem videbant se facturos naufragium vel gratiæ diuinæ, innocentes se condemnarent vel auræ humanæ, nisi condemnarent: nouem ergo alijs, qui obibant edicti diem,

*Mos apud
Anglos in
causa capitali
qualis.*

fam capitis exigant ad normam, ac, rationibus vtriusque partis æquo librili perpensis, accusatos declarent suis verbis gyltie, aut non gyltie: id est, nocentes aut innocentes: hi in hac causa non secreti ad iustitiam, sed ad fraudem corrupti: post auditam hinc accusationem, inde purgationem, iubentur finita die sistere, ac respondere suam mentem: ex illis tres tenellæ (vt videtur) conscientia, simulatis causis, declinant statum diem, tanquam scopulum periculosum, apud quem videbant se facturos naufragium vel gratiæ diuinæ, innocentes se condemnarent vel auræ humanæ, nisi condemnarent: nouem ergo alijs, qui obibant edicti diem,

diem, tres adiuncti erant: qui omnes collatis inter se
potius capitibus, quam rationibus, innocentissimos
Christi confessores renunciant reos. Iudex rogat dam-
nandos, si quid adferant, ne horum sententiam sua
subsequatur sententia, nam apud Anglos duodecim
hi viri exquirunt, iudex damnat. Iudici id erat respon-
si à Campiano, tantum esse: tamen rogare se Deum,
ut iudex, accusator, aduersarius reliquus pro tribuna-
li summo & extremo mitius audiant. Iudices ipso
punctulo, Andersonus, Egertonus regius Procurator,
ac Pophanus, seu verius à conscientiae foeditate profa-
nus (interfuerat enim hic quaestionibus confessorum,
ac viderat, audierat omnia, ex quibus poterat & debe-
bat, si quid habuisset conscientiae, eos declarare inte-
gros à labecula) assurgunt omnes, & quod est iudici-
bus solenne, communi tractaque voce declarant di-
gnos morte, feruntque in innocentes sententiam,
quam illa tribunalia audierant iniustissimam, hac for-
mula, hinc abripiantur ad carcerem, inde ad locum
statum raptantur, in loco exenterantur, secantur: post
sententiam audiuntur non eiulatus mulierum, sed
trium Sanctorum tria iubila exaltant verbis, Cam-
pianus istis. *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*
Sheruinus illis, *haec dies quam fecit Dominus, exultemus,*
& letemur in ea: seuerius Briantus, vir alioqui na-
tura placidissimus perstringit iniquitatem tribuna-
lis, refertque ad iudicem summum, his Davidis ver-
bis, *Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non*
sancta: postea subiicit Campianus ad populum in
hanc sententiam *audiuistis* (viri optimi) *nos condemna-*
tor crimine imminuta maiestatis; huius sententiae, *que-*
so à vobis, ut recordemini non clementiam, sed iustitiam, pu-
tatis fore, ut homini, qui tam multis, tam grauiser, tam
insidiosè, regiam maiestatem petierat, proponeretur
facile libertas, honor, facultas bene opima? haec
mihi

mibi proposita sunt, multa asseueratione, à magnis viris, si remitterem illis de mea conscientia, in rebus, vt putabant illi, minutulis: imò qui mihi astat arcis praefectus, hæc & his lautiora promisit, si in templis hereticorum vel concionantium, vel cantantium vestigium modò ponerem: quid? homini grauius perduelli, quod causantur, de re leui tam lauta promitterent magistratus, permitterent principes? non audent: non perduellem (viri optimi) non perduellem, sed zelum fidei Catholicae & oderunt & condemnarunt: mox dicitur à tribunali, reditur ad carcerem, in carcere sauitur: nam compedibus ex ferro grauibus impositis, tenentur arctiùs, tractantur rigidiùs, vsque ad diem supplicij: in toto hoc negotio, Patris Campiani ea apparuit siue defendentis prudentia siue patientis modestia, vt non solùm populum, sed ipsos etiam iudices suæ virtutis admiratione & stupore defixerit: adde quòd in tanto periculo? tanta constantia vocis & vultus, in tot rationibus tam breuis prudensque oratio fecerant, vt plerique statuerint eos, tanquam innocentes potiùs liberandos, quàm condemnandos tanquam nocentes: verùm æquitas sententiæ poterat optari, non poterat expectari ab hoc tribunali, in quo erant iudices cæcati honore, testes corrupti largitione, duodecim viri præpediti timore: non loquor ad inuidiam, loquor certa: nam vnus ex duodecim viris occultè ab amico perstrictus postea, quòd damnandorum innocentium grauissimo se scelere obstrinxerat: id vnum responderat se angustijs pressum hoc facere debere, aut illud pati, vt non habeatur amicus Cæsaris: sequenti die reliqui, qui hoc etiam nomine conclusi erant in carcerem, eandem audiunt sententiæ, seueritatem, eadem iudicij præscriptione eadem testium impudentia, eadem duodecim virorum voce, eodem omninò modo, quem suprà depinximus in aliorum condemnatione: finito iudicio, Colintonius non tam spe euaden.

Prudentia & patientia P. Camp. in omnibus.

euadendi , quàm conscientia testandæ veritatis , con-
 uersus ad iudices pronunciat alta voce , omnes facile
 posse , & iustè debere falsam aliorum accusationem
 metiri sua: se enim illo die, quem illi præfinierant con-
 iurationi Rhemis inita , Londini fuisse in domicilio,
 quod peruagata gentis voce vocatur Greesynne, apud
 nobilem quendam Lancastrum , Lancastrus fortè
 aderat, rogatur, respondet ingenuè veritatem, & inno-
 centem liberat mortis periculo: hoc exemplo inuita-
 tus Ioannes Nicolsconus Sacerdos , qui cognouerat
 Fourdum perindè iniuste condemnatum , excipit de
 eius innocentia , narrat locum Angliæ , in quo fuit, eo
 die , quo aduersarij calumniabantur Rhemis initam,
 coniurationem: verùm suæ libertatis magnique animi
 eum tulit fructum , vt religionis causa , primùm deda-
 tur in communem carcerem , ac paulò pòst condatur
 in arcem Londinensem: verùm quoniam Rhemorum
 suprà fecimus mentionem sæpiùs, in re explicanda vi-
 debimus optimam voluntatem & munificentiam pro-
 lixam , quam adfert Gregorius Pontifex Maximus, *Greg. Pöt.
 Max.*
 non solum ad hæreseos fibras penitùs euellendas, sed *Rhemis*
 etiam ad religionis sementem per orbem latè seren- *& Romæ*
 dam: nam diuersis populis diuersa excitauit collegia, *diuersis*
 Rhemis & Romæ Anglis, Laureti Slauonibus & Dal- *pop. exci-
 tavit col-
 legia &*
 matis, Romæ item (ne singula persequar) Germanis & *cur.*
 Græcis: vt in illis adolescentes doctrinæ vitæque puri-
 tate imbuti, & interioribus literis probè informatae ad
 Ecclesiæ ruinas reficiendas incumbant, in sua quisque
 patria: nam illa pactio est, vt cooptandi promittant se
 & Sacerdotes futuros , & operam, in quæstum suæ
 quenquam gentis collaturos: ex illis duobus collegijs
 Rhemensi ac Romano, quasi feracissimis agris, Pon-
 tif. eos in Anglia decerpit & delibat Confessorum &
 Martyrum fructus, quos nostra ætas narrabit potius
 multos, quam sequetur magnos, & posteritas fortasè
 mira-

P. Campiani & reliquorum duorum Sacerd, inuicem sermocinantium letitia.

mirabitur potius summos, quam assequetur diuinos: verum vt intercisum historiae filum pertexam, post latam mortis sententiam, Confessores reducti in carcerem, dederunt populo materiae multi sermonis: spangebant; vnus, Ducem Alensonium, qui illo tempore in aula reginae fuit, illis deprecatum fuisse veniam; alter, Patrem Campianum, ipsum sibi consciuisse mortem: verum tantam falsi rumoris varietatem, quasi caliginem, dispulerunt Calendae Decembris: hoc die Pater Campianus ducitur ad carcerem alium, cui nomen a frigore, & nuditate Caldenherber: ac reperit Sheruinum & Briantum, paratos iam & expeditos ad omnem crudelitatem perferendam: mutua hic letitia, mutuus complexus, sermones feruntur inter illos breues, sed dulces, de felicitate, quae erit, de miseria, quae est: puto plane hos tres diuinae mentis Martyres tantam animis ex mutuo sermone coepisse voluptatem, quanta facile & praesentis miseriae, & futuri funis abstergeret dolorem, quid narro dolorem? in miseria fuit letitia, in fune triumphus: nisi forte non fuerat aut Laurentio carbo dulcis, aut lapis Stephano mollis: praeparat suos Deus, & quasi subigit ad poenarum patientiam; Petros, Iacobos, & Ioannes in monte Thabor, Cecilias in cubiculis, Catharinas in templo, Sebastianos in campo, Ignatios in cauerna: atque singulos subigit & praeparat singulis modis, Petros, Iacobos & Ioannes specie gloriae, Cecilias sermone Angli, Catharinas interna luce Sebastianos contemptione mundi, Ignatios contemplatione caeli: hanc his tribus Sanctis praeparationem puto fuisse in hoc carcere summam, hac mutui sermonis communionem dulcissimam: nam quod SS. Hilarioni & Paulo euenerat in extremo vitae quasi actu: vt de caeli delicijs, ac terrae miserijs laetissimi differerent: id istos puto facere, hoc congressu, & ex terra elicere caelum, ex miseria, letitiam: de Sheruino, antequam

quam Pater Campianus venerat, omnes mirari omnia: nam siue loqueretur piè, siue faceret constanter, aduersarij ipsi videbant in verbis Angelum, in factis Deum: in medio huius sermonis cursu ecce Præfectum moleste interpellatorem, qui hos tres more institutoque maiorum tradit in potestatem magistratui Londinensi, cum mandato, vt latae sententiæ imponat pœnam: sternuntur mox in traham, vinctus Campianus, soluti alij: supini omnes: ac longè per ciuitatem raptantur: in hac miseria specie, id erat consolationis, quod, obiecta, oportunitate quasi è cœlo, quidam P. Campianum quærunt arbitrum conscientia: rebus, quidam lutum sanctis vultibus extrahæ volutatione inspersum abstergunt: bone Iesu, quamdiu patieris affictas tuorum conscientias teneri hac seruitute? quærunt te in carcere, quærunt te in traha, quousque non respicies hanc piam mentem? non periculum: non timor retardat, quò minus currant post te, quousque non admittes? sequuntur, sequuntur te in Campianis ac Sheruinis, tanquam Maria & Ioannes, vsque ad crucem; quosque excludes? vide, bone Iesu, hanc ipsam mentem, vide è cœlo pie: non vis placari hac Confessorum mente? fac saltem placere hoc Martyrum sanguine: sed linquo te Christe parumper, vt redeam ad tuos Martyres, qui iam sunt in loco supplicij, ex traha Pater Campianus primò ascendit currum subiectum cruci, ac populo edidit Cygneam cantionem, petitam ex illis Pauli verbi; *Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus*: in quibus minutatim explicandis, dum magnæ constantia: magnum, turbati animi nullum ædit signum, quasi nihil periculi esset; Cnossius quidam, qui regina: à consilijs, illas habebat sibi partes impositas, vt supplicio inrefferet, ægrè ferès tam liberū veritatis: præconiū, præcidit filium, & inhumana voce, quid inquit? putane te huc tractū, vt populum peruer-

*Præfectus
arcis P.
Camp. &
reliquos
2. Sacerd.
tradit
Magistra-
tui Lon-
dinensi.*

*Apo-
strophe
ad Christum.*

*Quidam
à Consilijs
Reginae
ægrè fe-
rens liberum P.
Camp.
animum
verbis sic
increpat.*

nos
la-
re-
ge-
e in
ter-
em:
igi-
ater
n à
ui-
m-
u-
es,
st:
m
7-
e-
ci-
u-
pa-
na;
eci-
s in
it &
nes
s in-
tios
ara-
uui
SS.
quasi
dif-
erra
nto-
iam



fitate opinionum inficias? quin potius pergis, cuius
 gratia hic es, culpam delictorum (quorum fuisti cita-
 tus reus) publicè fateri, & reginam rogare veniam de
 crimine, quod in te concepisti læsæ maiestatis? eadem
 fuit cantilena reliqui magistratus, & eorum inprimis,
 qui erant ex colluione ministerij Calviniani: re-
 spondent Campianus suauiter, se facturum omnia
 liberè & libenter: si quid tantulum admisisset in regi-
 næ maiestatem, verùm ab huius criminis conscientia
 esse immunem, planeque integrum: pergentibus ta-
 men molestè & veteratoriè vnã modò exprimere
 syllabam, quæ læsæ maiestatis habeas si non crimen,
 certè speciẽ, respondet liberè, nihil esse, quod pre-
 mat conscientiam: excipit vir princeps, qui regina est
 à consilijs crimina tam clara, & euicta ordine iudicij,
 nec debere negari, nec posse refelli. P. Campianus,
 quicquid (inquit) honorate vir, contendis, nec posse,
 nec debere; id vnum fateor me Sacerdotem esse, in
 Catholica fide vixisse, pro Catholica fide mori: aliud
 crimen nec est, nec agnoscò: ad formam iudicij quod
 attinet, duodecim viros labi sæpe errore facileque huc
 induci nunc potuisse specie criminationis malitiõsè
 ficta, affabrè facta: se tamen hanc illis siue errorem,
 siue malitiam æquè ignoscere: dum hæc rogantur, red-
 duntur, Patri Campiano venit in mentem quorun-
 dam, quos de rebus leuiculis nominarat in quæstio-
 ne, quibusque antea cauerant iudices immunitatem
 fide sua & iuramenti religione: rogat, ac per horum,
 qui fidem interposuerant, honorem obtestatur, hanc
 vt hi fidem mortuo liberent: neque finant innocen-
 tiam illorum perfidia circumuentam obteri: nihil esse
 causæ, cur mulctentur ad fidem, si quid cum illis aut
 alijs liber egerat extrà conscientiæ & pietatis rem, id
 petit æterne flamma vindicandum: de verbis illis ad
 Poundum (nullum ne exquisitissimum quidem tor-
 mentum

mentum nedum funem, quicquam à se extorturum, quod faciat ad sanctæ Ecclesiæ violationem) hanc esse notionem, nulla tormenti vi affectum iri, ut nomina ædat eorum, quos audierat, & absolutos sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio incluserat: postea de Richardsono intexuit, non esse hunc, qui cum reliquis iniuste erat damnatus, cui librum suum miserat dono. Hic superponitur quasi in scenam Hernus, Ludimagister ex triuio, qui linguam & animam vili pretio addixerat ad fabulam narrandam de Patre Campiano: præfatur, agitque personam tam ineptè, ut qui sperarit hinc lauream mimi, subierit labem momi: illi non creditur, ne à suis quidem, ita putidè mentiebatur, quicquid mentiebatur: ô impudentem Roscium, qui agit in scæna, spectante Campiano: sed hanc illi gratiam largitur P. Campianus, ne spectet, sed totum potius tempus quod Hernus ponit in fabula, ille seponat ad orationem: totus ergò defixus in commentatione Dei rerumque diuinarum, orat suum Christum, contemnit hunc ex scæbie vermiculum, si tamen contemptio tanta possit cadere in tantam Patris humilitatem: puto potius bonum Patrem orasse pro malo mimo, ut linguam à maledicentia & calumnia traducat ad gloriam Dei principes viri cum videbāt huius dictionem nihil adferre ad causam, ponunt modum stultæ garrulitati, premuntque Patrem de bulla excommunicationis, quam tulerat Pius V. in regnum Angliæ, an sit à Gregorio XIII. confirmata, vique illius bullæ subditi regni Anglicani an sint exempti iuri: quod habuit ille in illos: hinc enim putant se expressuros voculam dignam morte: verum cum Pater, interposita cogitatione, respondisset illius quæstionis dirimendæ nec locum esse, nec tempus: eum rogant, an velit nuntium remittere Pontifici: referunt responsum verbuli, sed verbuli quod habet momentum, se Catholicum esse:

*Bulla ex-
commu-
nicationis
in Regi-
nam lata
P. Cam-
piano
obijcitur.*

*P. Campianus
morti
proximus
à Romanè
Catholicis
Symb.
Apost. pe-
tit reci-
tari.*

*Tamiam
moritu-
rus nihil
in Regi-
nam de-
liquisse
fatetur.*

esse: vnus propior Atheio, quàm Christiano: mox cla-
mare: *Catholici* nomine comprehendi omnem per-
duellionis labem. Caluine quid egisti, qui hanc senti-
nam implesti: tandem minister, ex hac Caluini sentina
percunctatur, an velit, cum illo orare: importune, in-
eptè: vides, quisquis es; eum ita vixisse semper, ita mo-
ri nunc, vt faciliè ostendant se morte peius odisse om-
nem cum hæreticis communionem, siue in oratione,
siue religionis quacunque actione. Pater tamen nihil
exprobrat, sed verbo, vultuque lenissimo monet, se
nullius calorem cohibere ab oratione, nihil tamen vel-
le orare cum eo, tanquam aduersarum partium homi-
ne: rogare verò omnes, qui adsunt, Romanè Catholi-
cos, vt in extrema eius vita symbolum recitent Apoko-
lorum; id signum fore, se nec pro alia causa, nec in alia
fide mori, quam Catholica & Apostolica, quæ solæ
Romanæ Ecclesiæ terminis circumscripta viuunt & vi-
get: extremo loco molesti iterum sunt de regina, vt ro-
get veniam delicti aduersus eam concepti: is immi-
nens iam morti, verbis quàm potest grauissimis diui-
nam maiestatem citat suæ conscientiæ testem ac ratio-
nibus clarissimis euincit, se in reginam nihil vnquam
deliquisse, aut tantulum titubasse, nedum coniurasse,
in vitam: in reliqua semper vita pro ea orasse, in mor-
te etiam articulo iam extremo orare: cum vestigio ver-
bis quàm potest ardentissimis, & charitatis plenissi-
mis reginæ animulam commendat Deo. D. Carolo
Hauuordo roganti, quam loquatur reginam, Elyza-
betham (subijcit) vestram, meam reginam: hæc vox
quia videbatur mirificè placere viris qui aderant, no-
bilitatis principibus, eam quasi extremam excepit fu-
nis, funem mors, mortem eiulatus seu veriùs murmur
quoddam luctuosum totius populi, qui illuc illa die
confluxerat hac memoria numerosissimus: id fuit in-
gulare, ac diuinæ in diuinum Patrem bonitatis non
obscu-

obscurum indicium, quòd sententia contra Edmundo (hoc enim erat Campiano prænomen fontis) inciderat in diem, quam antiqua Anglorum religio consecrârat honore D. Edmundi, regis Angliæ, Martyris Ecclesiæ; atque ut in summa crudelitate miremur aliquam clementiæ speciem, carnifici præcisuro funem, ut semimortuo Patri intestina erueret maiori cum sensu doloris, impedimentum est à magnæ notæ viro; mortuo tamen amputatum caput, corpus dissectum in quatuor partes.

De Sheruino hæc fuerunt singularia: post halitum *Sheruinæ*
Campiano impeditum laqueo; carnifex, propera (in- *martyriæ*
stat) Sheruine ad tuum item præmium, barbarè: quid reprehendo? hoc est, esse carnificem. Sheruinus hac vocis immaritate tantum abest, ut moueatur, ut mitescat magis: propter tanquam *ovis ad occisionem & carnifici* veluti pastori osculatur manus, vel quia imposituræ erant lauream, vel quia illitæ erant sacro Patris Campiani cruore: minimum est, hæc res quin exprimeret lachrymas optimis, expressit sanè amorem & misericordiam pessimis: cum primùm ascendisset crucis huius quasi currum triumphalem, rogat, sinant ne eum dicere, annuunt esse potestatem: is in ipso vestigio appellat supplicissimè Trinitatem, singulisque personis agit gratias de singulis donis, id est, vni Deo de omnibus, aggreditur ad confessionem suæ fidei & religionis: inhibet hunc cursum Knolsius: *fat* (inquit) nota nobis est tua religio, de violata regina expedi: pernegat Sheruinus se affinem perduellionis crimine: scimus (exceptit Knolsius) nihil à te admissum, vel quia non potuisti, vel quia ineptus es ad rem; per consequentiam tamen (largiemini mihi hanc barbaram voculam) te esse reum. Sheruinus liberè, si læsæ maiestatis nomine comprehendatis Catholica fidei professionem, Sacerdos sum, Catholicus sum, id est, ad hunc sensum

sum

300 NARRAT. DE MORTE R. P. CAMPIANI.
sum insigniter perduellio : dum induitur collo la-
queus, Sheruinus ingeminat piè; Iesu, Iesu, Iesu, esto mi-
hi Iesus dum frangitur illi gula, illa concionis audie-
batur plena vox, *Bone Sheruine, Dominus Deus recipiat bo-
nam animam tuam.* Reliqua & Sheruini & Brianti ea-
dem responsiones erant ijsdem P. Campiani interro-
gatis, eiusdem innocentiae eadem mors, seu potius
eiusdem mortis eadem gloria : nam quemadmodum
vixerunt Confessores, vt mortis quandam viam
muniant Anglis ; sic mortui sunt Martyres:
vt vitæ quandam legem præscribant
optimis.

F I N I S.

